FAMILIA ROMANA



SIGNIFICATIO VERBORVM CAPITVLORVM I-XXXV

Iosephus Klomparens, MA, NBCT et
Sophia Klomparens composuerunt

FAMILIA ROMANA: SIGNIFICATIO VERBORVM CAPITULORVM I-XXXV

Iosephus Klomparens, 2012

Hoc opus consignatum est sub *Creative Commons* diplomate

Omnia iura operis cui titulus est 'Lingua Latina Per Se Illustrata' sunt auctoris Hans H. Ørberg et 'Domus Latinae' editricis

Hoc est vocabularium significationem praebens vocabulorum libri, cui titulus est 'Lingua Latina Per Se Illustrata. Pars I: Familia Romana'.

ā A, prīma littera: *A* et B litterae sunt.
ā ab: Nōn *ā* vīllā venit.
ab ↔ad: Iūlia rosās pulchrās in hortō videt et *ab* Aemiliā discēdit.
abdūcere dūcere ab, auferre: "Ille servus posteā Helenam, fēminam omnium pulcherrimam, ā marītō Menelāō *abdūxit*."
aberrāre ab + errāre: Fīlius Sōlis currum patris regere cōnātus, quod ab orbe sōlis stultē *aberrāvit*.
abesse āfuisse ↔adesse: Dāvus nōn adest, sed *abest*.
abicere ab + iacere: "Hunc ānulum iam gerere nōlō: in mare eum *abiciam*!"
abīre ↔advenīre (ab + īre) : Quī magnam pecūniam habent ōrnāmenta emunt et fēminīs dant; cēterī rūrsus *abeunt*.
ablātīvus –ī *m* casus significāns quod praepositiōnī iungitur: 'Hortō' *ablātīvus* singulāris est.
abs + tē v. ab/ā: "Cur nōndum solvistī mercēdem quam ter quaterve iam *abs* tē poposcī?"
absēns –entis quī abest: "Nōnne tū laetāris, Mārce, quod frāter tuus etiam *absēns* ā magistrō laudātur?"
abstinēre abs + tenēre: Nautae precibus eius ita permotī sunt ut manūs quidem ab eō *abstinērunt*.
ac atque: Gladiī quī ā Germānīs feruntur longissimī *ac* pīla eōrum longissima sunt.
accēdere ad-īre: "Neque haec imāgō neque canis vērus mē terret!" inquit, et proprius ad canem *accedit*.
accendere ignem facere: "Lucernās *accendite*, servī!"
accidere fierī: Hīc Quīntus interrogat, "Quid tum *accidit*?"
accipere capere, ↔dare: Fēminae quārum virī magnam pecūniam habent multa ōrnāmenta ā virīs suīs *accipit*.
accubāre ad mēnsam cubāre: In singulīs lectīs aut singulī aut bīnī aut ternī convīvae *accubāre* solent.
accumbere accubantem sē pōnere: Iūlius, dominus convīviī, cum Aemiliā in lectō mediō *accumbit*.
accurrere –risse < ad-currit: Pāstor quoque *accurrit* et ovem suam, quae in terrā iacet, aspicit.
accūsāre dicere "improbe es!" : "Quem Mēdus *accūsat*? mē?"
accūsātīvus –ī *m* cāsūs significans quod verbō adiungitur sententiā: 'Mārcum' *accūsātīvus* est.
ācer –cris –cre cupidus agendī, impiger: "Dum dux ille *ācer* et fortis procul ā domō bellum gerit, Iuppiter sē in fōrmam eius mūtāvit."
acerbus –a –um ↔dulcis –e: "Hoc vīnum nimis *acerbum* est – ōs mihi contrahitur."
aciēs –ēī *f* mīlitēs paratī ad pugnandum: Exercitus ita īnstrūctus *aciēs* appellātur.
āctīvus –ā –um genus verbi quod significat subiectum agere: 'Portat portant' verbum *āctīvum* est.
acūtus –a –um quī bene secat: Cibus optimus est atque convīvīs placet, māximē vērō laudātur carō porcī, quam minister cultrō *acūtō* secat.
ad ↔ab (+abl.) : Iūlius ab oppidō *ad* vīllam suam it.
ad…versus ad: Aemilia alterum gradum *ad* ōstium *versus* facit, tum incerta cōnstitit.
addere <ad + dare: Magister stilō suō *addit* litterās quae dēsunt; ita menda corrigit.
adesse affuisse hīc esse: Dāvus nōn *adest*, sed abest.
adhūc ad hoc tempus, etiam nunc: "Quīntus, quī ante mē surgere solet, *adhūc* dormit!"
adicere (-iō) addere: "Nāvigāre necesse est" āiunt, et mercātōrēs, quī ipsī perīcula maris adīre nōn audent, haec *adiciunt*: "Vīvere nōn est necesse!"
adiectīvum –ī *n* verbum quod qualitatem nominis aut pronominis significat: 'Altus –a –um' est *adiectīvum*.
adīre ad...īre: Aemilia laeta ad Iūlium *adit* eumque salūtat.
adiungere addere: Praetereā magna auxilia exercituī *adiunguntur*.
adiuvāre iuvāre: Etsī nautae omnibus vīribus rēmigant, tamen illa nāvis, ventō secundō *adiuvante*, magis magisque appropinquat.
admīrārī mīrārī (rem magnificam): Gubernātor ānulum tam pulchrum *admīrātur*, tum conversus ad Mēdum "Profectō" inquit "dīves esse vidēris, ut servus!"
admīrātiō –ōnis *f* <admīrārī, actum admīrāndī: Aut laetitiam significāmus, ut euax! aut dolōrem, ut heu! aut *admīrātiōnem*, ut papae! aut metum, ut attat! et sī qua sunt similia.
admittere sinere in: Iānitor forēs aperit eumque in vīllam *admittit*.
adnectere adiungere, coniungere: Pars ōrātiōnis *adnectēns* ōrdinānsque sententiam.
adōrāre colere ut deum: Eō vēnērunt rēgēs, quī stēllam eius vīderant in oriente, et invēnērunt puerum cum Mariā, mātre eius, et *adōrāvērunt* eum velut deum.
adulēscēns –entis *f* vir quī nōndum XXX annōs habet: Iūlius *adulēscēns* vīgintī duōrum annōrum erat.
advehere ad + vehere: Multī nautae rēs necessāriās ex terrīs aliēnīs in Italiam *advehere* cōnantur.
advenīre ad…venit: Ecce Iūlius ad vīllam *advenit*.
adverbium –ī *n* pars ōrātiōnis quae verbō adicitur et verbum explānat atque implet: 'Stultus' et 'fortis' adiectīva sunt. 'Stultē' et 'fortiter' sunt *adverbia*.
adversum *prp + acc* adversus: Ad, apud, ante, *adversum*, cis, citrā, circum, circā…
adversus –a –um ↔secundus: Caelum nūbilum suspiciēns gubernātor optat ut ventus in *adversum* vertātur.
adversus –a –um ad: Aemilia surgit atque gradum *adversum* ōstium facit.
aedificāre aedificium facere, instruere: Labyrinthus ā Daedalō, virō Athēniēnsī, *aedificatus* erat.
aedificium –ī *n* <aedificāre: quod aedificātur: Est magnum *aedificium* quod frequentibus mūrīs in plūrimās partēs dīviditur.
aeger –gra –grum ↔sanus –a –um: Homō quī ventrem malum habet cibum sūmere nōn potest, neque is sānus, sed *aeger* est.
aegrōtāre aeger esse: Medicus interrogat: "Quis *aegrōtat*?"
aegrōtus –a –um aeger: Puer *aegrōtus* iterum iterumque super lectum sē convertit.
aequē *adv* aequō modō (v. aequus –a –um): "Sī vōs sex assēs *aequē* partīminī, quot tibi sunt?"

aequinoctium –ī *n* Diēs quō nox atque diēs aequī sunt: Ante diem octavum kalendas Aprīlēs *'aequinoctium'* dīcitur quia diēs et nox aequī sunt.

aequus –a –um aequalis: Hōra sexta vel merīdiēs diem dīvidit in duās *aequī* partēs.

aēr –eris *m* Quod spiratur: Avēs in *āēre* volant.

aestās –ātis *f* ↔ hiems; tempus annī calidum: Tempora annī sunt quattuor: *aestās* et hiems, vēr et autumnus.

aestimāre magnī pretiī esse cēnsēre: Mercātōrēs mercēs suās magnī *aestimant*, vītam nautārum parvī *aestimant*

aetās –ātis *f* annī quōs aliquis vīxit: Aemilius, frāter Aemiliae minor, quem suprā commemorāvimus, ā prīmā *aetāte* studiōsus fuit reī mīlitāris.

affectus –ūs *m* id quō afficitur animus (ut laetitia, īra, timor, cēt.): Pars ōrātiōnis significāns mentis *affectum* vōce inconditā.


afferre attulisse allātum <ad-ferre: Dāvus Mārcō librum et tabulam *affert*.

afficere movēre, contingere: "Laetitia vestra mē nōn *afficit*."

affirmāre certō dīcere: "Catullus Lesbiam uxōrem dūcere cupiēbat, nec vērō illa Catullō nūpsit, etsī *affirmābat* 'sē nūllī aliī virō nūbere mālle.'"

ager –grī *m* campus quī agricolīs colitur: Dominus hūc illūc in hortō suō amoenō ambulat, deinde exit in *agrō*.

agere ēgisse āctum facere factum; fungi: "*Age*! Venī, domina, et Mārcum verberā!"


agmen

agmen –inis *n* ōrdō mīlitum prōgredientium: Signum legiōnis est aquila argentea, quae in itinere ante *agmen* fertur.

agnus –ī *m* parvula ovis: "Fābulamne dē lupō et *agnō* quī forte ad eundem rīvum vēnērunt?"

agricola –ae *m* quī agrōs arat: Quī agrōs arant ac frūmentum serunt et metunt, *agricolae* appellantur.

ain' ais-ne?: Aemilia dīcit, "*Ain'* tū? Porcusne ātrium intrāvit?"

āiō ais ait āiunt dīcit: "Porcus intrāvit!" *ait* Iūlius.

āla –ae *f* Quā avis volat: Avis duās *ālae* habet.

albus –a –um ↔niger –gra –grum: Pāstor nōn sōlus est, nam canis niger cum eō est et centum ovēs: ūna ovis niger et ūndēcentum ovēs *albae*.

alere –uisse altum cibum dare (īnfanti): Sī māter īnfantem suum ipsa *alere* nōn potest, īnfāns ab aliā muliere alitur.

aliēnus –a –um non suus, alterīus: Mulier quae *aliēnum* īnfantem alit nūtrīx vocātur.


āla

aliquandō aliquō tempore (nesciō quandō): "Ergō melior es amīcus quam ille quem ego *aliquandō* ē servitūte redēmī."

aliquantum haud paulum (nesciō quantum): "Redeāmus ad meum Mēdum servum, quī herī aufūgit *aliquantum* pecūniae sēcum auferēns."

aliquis –quid pronomen quod incertum significat:"Sordidum est hoc solum! *Aliquis* pedibus sordidīs in solō mundō ambulāvit!"

aliquot complūrēs (nesciō quot): Dēnique, *aliquot* nāvibus in Hispāniam missīs, ipse cum classe in Asiam profectus praedōnēs quōs ibi invēnit brevī tempore omnēs vīcit.


Mārcus ambulat

aliter aliō modō: "Mārcus forem frangere cōnātur, quod *aliter* exīre nōn potest.

alius –a –ud aliquis –quid varius/-um; ↔idem: Lydia autem nūllum *alium* ōrnāmentum habet, quia pecūniōsa nōn est, neque pecūniōsus est amīcus eius.

allicere –iō –ēxisse –ectum delectāre: Ut Orpheus cantū suō ferās ad sē *allicēbat*, ita tunc Arīōn canendō piscēs *allēxit* ad nāvem.

alter –era –erum unus: *Alter* ē duōbus puerīs valet, *alter* aegrōtat.


altum –ī *n* altum mare: Nāvis plēnīs vēlīs *altīs* petit.

altus –a –um sursum extendens: Circum castra fossa et vāllum longum et *altum* est.

amāre diligere; delectarī ab aliquo: Iūlius Aemiliam *amat*, quia ea pulchra et bona fēmina est.

ambulāre īre pedibus: Iūlius nōn in viā *ambulat*, servī eum portant.

amīca –ae *f* femina quae "amicus" est: Mēdus Rōmam vocātur ab *amīcā* suā, quae fēmina est pulchra et proba.


amphitheātrum

amīcitia –ae *f* <amīcus: "Nam etsī rāra est vēra *amīcitia* ac fidēs, nōn omnēs amīcī sunt falsī seu īnfīdī."

amīcus –ī *m* ↔inimīcus: Servus bonus et servus malus nōn *amīcī*, sed inimīcī sunt.

āmittere ↔accipere: "Nē as quidem mihi reliquus est – omnia *āmīsī*. Heu!"

amnis –is *m* flūmen: Utinam hic *amnis* Tiberis esset et haec castra essent Rōma!

amoenus –a –um pulcher: Dominus hūc illūc in hortō suō *amoenō* ambulat, deinde exit in agrōs.

amor –ōris *m* <amāre, libido aut affectio: Venus et Cupīdō *amōrem* in cordibus hominum excitāre possunt.

amphitheātrum –ī *n* theātrum rotundum: "Timeō nē mīlitēs mē captum Rōmam abdūcant, ut cōram populō ad bēstiās mittar in *amphitheātrō*."


an aut (post "uter..."): Uter puer aegrōtat, Mārcusne *an* Quīntus?

ancilla –ae f fēmina quae dominō/dominae servit: Dēlia est *ancilla* Graeca.

angustus –a –um ↔latus: Puerī pugnāvērunt in viā *angustā* quae Tūsculō ad vīllam Iūliī fert.

anima –ae *f* Āēr quae spīrātur: *Anima* est āēr quī in pulmōnēs dūcitur.

animadvertere vidēre vel audīre, notāre: Magister vērō hoc nōn *animadvertit*.



animal –ālis *n* Bestia aut homo: Quī animam dūcit *animal* est.

animus –ī *m* ↔corpus: Ut tempestās mare tranquilum turbāvit, ita verba Lydiae *animum* Mēdī turbāvērunt.

annus –ī *m* CCCLXV dies: *Annus* in duodecim mēnsēs dīviditur.


ante ↔post: Syrus et Lēander nōn *ante* lectīcam, sed post lectīcam ambulant.


anteā ante hoc tempus, antīquīs temporibus: *Anteā* dominī sevērī nōn sōlum canēs, sed etiam iānitōrēs suōs catēnīs vinciēbant.


antehāc ante hoc tempus (↔post-hāc): Mārcus 'sē posthāc bonum puerum futūrum esse' – id quod saepe *antehāc* prōmīsit!
antequam ↔postea: *Antequam* magister partem librī posteriōrem recitāre incipit, omnēs puerī dormiunt!
antīquus –a –um ↔novus: Ecce duo librī Latīnī: liber *antīquus* et liber novus.
ānulus –ī *m* ornamentum quod digitum ornat: *Ānulus* cum gemmā ōrnāmentum pulchrum est.
anus –ūs *f* fēmina vetus: "Nūbere Paula cupit nōbīs, ego dūcere Paulam nōlō: *anus* est; vellem sī magis esset anus!"
aperīre –uisse –rtum ↔claudit: Syra ōstium *aperit* et in cubiculum intrat.
apertus –a –um ↔clausus: Altera ē duābus fenestrīs est *aperta*, altera clausa.
apis –is *f* bēstiola industria quae cēram facit: Cēra est māteria mollis quam *apēs*, bēstiolae industriae, faciunt.
appārēre in cōnspectum venīre: Arīōn cum fidibus ōrnāmentīsque cum quibus sē in mare iēcerat *appāruit*.
appellāre nōmināre: Mare quod suprā Italiam situm est, 'mare Superum' *appellātur*.
appellātīvus –a –um <appellāre, communis (nōmina appellātīva, ut *urbs, flūmen*): Aut enim ūnīus nōmen est et 'proprium' dīcitur, aut multōrum et '*appellātīvum*'.
appōnere <ad-ponere: Medicus pedem Quīntī spectat atque digitum ad pedem *appōnit*.
apportāre <ad + portāre: Statim minister mel *apportat*, quod Paula in pōculum suum fundit.
apprehendere pre-hendere (manū): Quī manum extendēns libellum *apprehendit* et "Quī liber est iste?" inquit.
appropinquāre prope venīre: "Vidēsne nāvem illam vēlōcem quae ā septentriōnibus nōbīs *appropinquat*?"
apud villae alicuius; penēs; cum: Iūlius sōlus nōn est, nam quattuor servī *apud* eum sunt.
aqua –ae *f* liquor perlucidus: In impluviō est *aqua*.
aquila –ae *f* Magna avis fera quae alias aves ēst: *Aquila* est magna avis fera.
arānea –ae *f* quam araneus circumversatur: "Haec sī, inquam, attuleris, venuste noster, cēnābis bene – nam tuī Catullī plēnus sacculus est *arāneārum*!"
arāre atratrum agere: Deinde agrī *arantur* et novum frūmentum seritur.
arātrum –ī *n* instrumentum quod arat: Agricola arāns post *arātrum* ambulat.
arbitrārī putāre: Tabellārius enim canem ā iānitōre solūtum esse *arbitrātur*.
arbor –oris *f* planta magna et alta ubi aves quiescunt: Ecce pāstor in umbrā *arboris* iacet.
arcessere –īvisse –ītum vocāre ad se: Iūlius servum suum Tūsculum īre iubet atque medicum *arcessit*.
arcus –ūs *m* qui sagittas mittit: Hispānī et Gallī alia arma et *arcūs* et sagittās ferunt.
arduus –a –um difficilis ad ascendendum: Celsī sānē et *arduī* montēs Germāniam ab Italiā disiungunt.
argenteus –a –um ex argentō factus: Rosae et līlia et alia multa flōrum genera in mēnsā sparsa sunt inter vāsa et pōcula *argentea*.
argentum –ī *n* metallum illustre et pretiōsum: Rosae et līlia et alia multa flōrum genera in mēnsā sparsa sunt inter vāsa et pōcula *argentea*.
arma –ōrum *n* quibus miles pugnat: Scūtum et gladius et pīlum sunt *arma* mīlitis Rōmānī.
armāre armīs parāre: "Ubi prīmum redēmptus est, ipse nāvēs *armāvit* et captōs praedōnēs in crucem tollī iussit."
armātus –a –um quī arma fert: Mīles est vir *armātus*.
ars artis *f* facultas: "Profectō *arte* meā ipsa nātūra mūtārī potest."
as assis *m* parvus nummus Romanus: "Sempre rēctē respondēs. Ecce tibi *assem* dō."
ascendere –disse īre sursum: Quintus in arborem *ascendit*.
asinīnus –a –um <asinus, ut asinus: "Deus Apollō effēcerat ut Midās aurēs *asinīnās* habēret…"
asinus –ī *m* Bestia, similis equo, quae saccos graves portat: Equus et *asinus*… bestiae sunt.
aspergere –sisse –sum <ad + spargere, iacere hūc et illūc: Orontēs cibum sale *aspergere* solet, ut sitim augeat!
aspicere vidēre: Lydia cōnstitit oculōsque ad tabernam Albīnī vertit –Lydia tabernam *aspicit*.
at sed: "Probus es discipulus, Sexte, *at* Mārcus et Quīntus et Titus improbī sunt!"
āter –tra –trum niger: Mēdus occidentem spectat et nūbēs *ātrās* suprā mare videt.
atque et: Quīntus oculōs claudit *atque* dormit.
ātrium –ī *n* conclave magnum villae in quem primum intras: In vīllā Iūliī magnum *āātrium* est cum impluviō.
attat interiectiō significāns metum: Aut laetitiam significāmus, ut euax! aut dolōrem, ut heu! aut admīrātiōnem, ut papae! aut metum, ut *attat* et sī qua sunt similia.
attentus –a –um quī studiōsē audit: Gubernātor, quī Mēdum *attentum* videt, "Num tū" inquit "tam stultus es ut haec crēdās?"
audācia –ae *f* <audāx, habitus virtutem demonstrantis: Tanta erat *audācia* eōrum ut vim Rōmānōrum contemnerent.
audāx –ācis audēns: "*Audāx* quidem est cōnsilium tuum, sed omne cōnsilium mē dēlectat."
audēre ausum esse audaciam habēre: Parvae avēs canere nōn *audet*.
audīre sentīre auribus: Iūlius Quīntum nōn *audit* neque venit.
auferre abstulisse ablātum sumere quod non suum: "Redeāmus ad meum Mēdum servum, quī herī aufūgit aliquantum pecūniae sēcum *auferēns*.
aufugere fugere ab: "Redeāmus ad meum Mēdum servum, quī herī *aufūgit* aliquantum pecūniae sēcum auferēns."
augēre –xisse –ctum māiōrem facere, ↔ minuere: "Tempus amōrem meum nōn minuit, immō vērō *auget*!"
aureus –a –um ex aurō factus: Ānulus *aureus* multō pulchrior est quam ānulus ferreus.
aurīga –ae *m* quī currum regit: "Sed ex novissimīs circēnsibus maestus abiī, cum ille *aurīga* cui plērīque spectātōrēs favēbant ex currū lāpsus equīs prōcurrentibus occīsus esset."
auris –is *f* pars corporis quae audit: In capite sunt oculī et *aurēs*.



ānulus cum gemmā


apis -is *f*


aquila


arānea -ae *f*


arbor





arma Rōmāna



as


asinus



Iūlius audit



ātrium


autumnus -ī *m*







baculum

cornua




bōs bovis *m/f*







calceus -ī *m*






cantāre



canis



CAPUT

aurum –ī *n* materia splendida, clara, et pretiosa quā anuli fiunt: Ānulī quibus digitī ōrnantur nōn ex ferrō, sed ex *aurō* factī sunt.
aut coniunctio significans unum duorum: "Accipe nummōs nōnāgintā – *aut* nūllōs!"
autem sed…: Dāvus *autem* bonus servus esst, neque is Mēdum amat.
autumnus –ī *m* tempus annī ubi folia cadant: Tempora annī sunt quattuor: aestās et hiems, vēr et *autumnus.*
auxilium –ī *n* actum iuvantis: "Contrā Mīnōtaurum ego tibi *auxilium* ferre nōn possum…"
avārus –a –um cupidus pecūniae: "In quādam urbe Asiae ōlim vīvēbat rēx quīdam *avārus*, nōmine Midās, quī nihil magis optābat quam dīvitiās…"
āvertere vertere ab: Mārcus vultum ā patre *āvertit* nec ūllum verbum respondet.
avis –is *f* Bestia alīs quae volat: Aliae bēstiae sunt *avēs.*
avunculus –ī *m* frāter mātris: Fratēr Aemiliae est *avunculus* līberōrum.
baculum –ī *n* virga qua pulsas: Iūlius *baculum* suum in mēnsā pōnit.
bālāre dīcere "baa" ut ovis: Lupus ululat. Canis lātrat. Ovis *bālat.*
balneum –ī *n* locus ubi corpus lavātur: Ex agrīs reversus Iūlius continuō *balneum* petit, atque prīmum aquā calidā, tum frīgidā lavātur.
barbarus –a –um nec Rōmānus nec Graecus: Germānī sunt hominēs *barbarī.*
bāsium –ī *n* ōsculum: "Dā mī *bāsia* mīlle, deinde centum, dein mīlle altera, dein secunda centum…"
bē B, secunda littera: A et *B* litterae sunt.
beātus –a –um ↔ miser: Etiam nunc, decem annīs post, *beātī* sunt coniugēs.
bellum –ī *n* pugna inter gentes: *Bellum* est inter Germānōs et Rōmānōs.
bellus –a –um pulcher: "Et virī veniunt ut *bellās* fēminās spectent!"
bene ↔male: Quī oculōs bonōs habet *bene* videt.
beneficium –ī *n* nōn maleficium: "Nōnne hoc *beneficium* potius quam maleficium esse tibi vidētur?"
bēstia –ae *f* Animal (sed non homo)*:* Equus et asinus, leō et lupus, canis et ovis *bēstiae* sunt.
bibere –bisse aquam consumere: Ovis nigra aquam *bibit* ē rīvō.
bīnī –ae –a II et II...: In singulīs lectīs aut singulī aut *bīnī* aut ternī convīvae accubāre solent.
bis 2x: Mārcus ter rēctē et *bis* prāvē scrībit.
bonum –ī *n* bona rēs: "Magnum *bonum* est vīnum."
bonus –a –um probus: "Ō! Dāvus *bonus* servus est; pecūniam meam nōn habet."
bōs bovis *m/f* animal domesticum quod lac parat aut aratrum tractat: Mārcus dīcit, "*Bōs* īrātus cornū mē pulsāvit!"
bracchium –ī *n* membrum quod manum habet: In *bracchiō* est manus.
brevī brevī tempore, mox: *Brevī* nāvis ē cōnspectū eius abiit.
brevis –e ↔longus: "Cūr tam *brevis* est gladius?"
cachinnus –ī *m* rīsus: "Sī tēcum attuleris bonam atque magnam cēnam, nōn sine candidā puellā et vīnō et sale et omnibus *cachinnīs*."
cadere cecidisse adīre citō ad terram: Ecce rāmus cum puerō et nīdō et pullīs ad terram *cadit*!
caecus –a –um quī vidēre nōn potest: "Quī medicus verbīs sōlīs potest facere ut hominēs *caecōs* videant, surdī audiant, mūtī loquantur, claudī ambulent?"
caedere cecīdisse caesum pulsāre: Tum peditēs prōcurrunt et prīmum pīla in hostēs mittunt, deinde eōs gladiīs *caedunt.*
caedēs –is *f* <caedere, casus, calamitās: Tanta ibi *caedēs* hostium facta est ut meminisse horream.
caelum –ī *n* locus supra terram ubi sol, nubes, et luna apparent: Sol in caelō est suprā *caelum.*
calamus –ī *m* quō scribis: Magister enim *calamum* in chartā scrībit, nōn stilō in cērā ut discipulī.
calceus –ī *m* qui in pedem induitur: "Dā mihi *calceōs*! Pedēs frīgent mihi."
calida *f* (v. calidus –a –um) aqua calida: Iam ministrī vīnum et *calidam* in pōcula fundunt.
calidus –a –um ↔ frigidus –a –um: Aestāte diēs longī sunt, sōl lūcet, āēr *calida* est.
calor –ōris *m* āēr calidus, tempus calidum: Nihil enim vīneīs magis prōdest quam sōl et *calor*.
campus –ī *m* terra aperta ubi oves et boves pascunt: Hic vir, quī in *campō* ambulat, pāstor Iūliī est.
candidus –a –um albus (ut nix): Hodiē māne vestīmenta Mārcī munda erant atque tam *candida* quam nix nova.
canere cecinisse cantāre: Puella laeta rīdet et *canit.*
canis –is *m/f* bestia utilis quae "homini optimus amicus" appellatur: Pāstor nōn sōlus est in campō, nam *canis* niger cum eō est et centum ovēs.
cantāre musicam facere: Iūlia cantat: "Lalla."
cantus –ūs *m* <canere, actum canendi: Is fidicen quī tam pulchrē canēbat ut bēstiae ferae accēderent, ut rapidī fluviī cōnsisterent, nē strepitū *cantū* eius turbārent.
capere –iō cēpisse captum sumere: "*Cape* pilam, Margarīta!"
capillus –ī *m* pars corporis supra caput; pilus: Super caput *capillus* est.
capitulum –ī n pars librī: *capitulum* prīmum mīlle vocābula habet.
caput –itis *n* pars corporis cerebrum tenens: In *capite* sunt oculī et aurēs.
carcer –eris *m* aedificium ubi captīvī includuntur: "Fessus sum ambulandō in hōc *carcere*, quem ipse nōbīs aedificāvistī."
cardō –inis *m* quibus ianua vertitur: Foris duōs *cardinēs* habet, in quibus vertī potest.
carēre + *abl* sine (____) esse: Īnfāns neque somnō neque cibō *carēre* potest.
carmen –inis *n* verba quae canuntur: Ibi homō territus, cum iam vītam dēspērāret, id ūnum ōrāvit ut sibi licēret vestem ōrnātam induere et fidēs capere et ante mortem *carmen* canere.
carō carnis *f* viscera corporis: Cibus optimus est atque convīvīs placet, māximē vērō laudātur *carō* porcī, quam minister cultrō acūtō secat convīvīs spectantibus.

carpere –psisse –ptum capere et sumere: Iūliua rosās *carpit* et cum quīnque rosīs ex hortō venit.

cārus –a –um magnī pretiī, quī dīligitur: Postrēmō, cum iam tam *cārum* esset frūmentum ac pānis ut multī pauperēs inopiā cibī necessāriī perīrent, populus Rōmānus ūnō ōre postulāvit ut ūniversa classis Rōmāna adversus hostēs illōs audācissimōs mitterētur.

castra –ōrum *n* ubi milites habitant: *Castra* sunt mīlitum oppidum.

cāsus –ūs *m* < cadere, actum cadendi: "Ex omnibus fābulīs haec dē *cāsū* Īcarī mē māximē dēlectat."

cāsus –ūs *m* terminātiō nōminis partem significāns: Pars ōrātiōnis cum *cāsū*, corpus aut rem propiē commūniterve significāns…



Iūlia rosās carpit

catēna –ae *f* quae multīs anulīs ferreīs facta vincit: *Catēna* quā canis vincītur ex ferrō facta est.

cauda –ae *f* Pars posterior bestiae: Piscis quī natat *caudam* movet.

causa –ae *f* ratio: "Quā dē *causā* nōn omnia audīvistī?"


causālis –e <causa, dē coniūnctiōnibus quae causam dat: Dā *causālēs*! (Sī, etsī, sīquidem, quandō, nam…)

cautus –a –um ↔audāx: "Nōlī nimis audāx esse in volandō! *Cautus* estō, mī fīlī!"

cavēre cāvisse nolle prope īre, procul manēre: Iānitor dīcit, "*Cave*! Canis tē mordēbit!"

cē C, tertia littera: A, B, *C* sunt trēs litterae.

cēdere cessisse īre: Homō territus ex ōstiō *cēdere* cōnātur.



carcer

celer –eris –ere ↔tardus –a –um: Mīnōs nōn tam *celer* fuit quam Thēseus neque eum cōnsequī potuit.


celsus –a –um altus: Ille igitur in *celsō* puppī stāns carmen clārā vōce ad fidēs cecinit.

cēna –ae *f* cibus post meridiem: Hodiē autem hospitēs Iūliī exspectātī veniunt, nam Iūlius eōs vocāvit ad *cēnam*.

cēnāre cēnam sūmere: "Dē rēbus rūsticīs colloquēmur inter cēnam. Prīmum omnium *cēnābimus*."

cēnsēre –uisse cēnsum Quamquam labōrem agricolārum sordidum esse exīstimat, tamen sē prae agricolīs beātum esse *cēnset*.

centēsimus –a –um C (100.): At satis est decem numerōs dīcere, id est *centēsimum* quemque.



castra Rōmāna

centum C, decem deciēs: In familiā sunt *centum* servī.

cēra –ae *f* materia mollis quam apēs faciunt: "Stilum graviter premō, sed *cēra* nimis dūra est."

cerebrum –ī *n* pars corporis in capite quā cogitāre: Post frontem est *cerebrum*.

cernere vidēre (id quod procul abest): Hominēs quī in portū sunt vix oculīs *cernere* possunt.

certāmen –inis *n* pugna: "Cum puerī lūdunt, haud multum interest inter lūdum et *certāmen*."

catēna -ae *f*



certāre pugnāre: "Sextus quidem hodiē nāsō turgidō atque cruentō ē lūdō rediit, cum *certāvisset* cum quibusdam puerīs quī eum laeserant."


cauda



certō *adv* sine dubitatione: "Nesciō quōmodo (Mēdus puellam Rōmānam nōscere potuit), sed *certō* sciō eum aliquam fēminam nōvisse, nam saepe dē eā locūtus est.

certus –a –um sine dubitatione: Respōnsum est…quattuordecim? an quīndecim? Nōn *certus* sum!"

cessāre opus neglegere, minus agere: Mēdus vērō multum cōgitat dē verbīs Lydiae et dē tempestāte quae tam subitō *cessāvit*.



cēra -ae *f*

cēterī –ae –a alterī, rēs adiectae: Nīlus est magnus, sed *cēterī* fluviī Āfricae parvī sunt.

cēterum *adv* praetereā, sed: "Mārcus in lūdō dormīverat – *cēterum* in hāc rē is nōn pēior fuerat cēterīs, nam omnēs dormīverant!"

charta –ae *f* materia ex papyrō facta in quā calamō scribis: Magister enim calamō in *chartā* scrībit, nōn stilō in cērā ut discipulī.

cibus –ī *m* id quod editur, ut panis et malum: *Cibus* ovium est herba, quae in campō est.

cingere cīnxisse cīnctum circum esse: Dominus hūc illūc in hortō suō amoenō ambulat, deinde exit in agrōs, quī hortum *cingit*.

circā *prp + acc* circum: Iūlius *circā* agrōs et vīneās suās ambulat.

circēnsis –e <circus: "Lūdī *circēnsī* mē nōn minus iuvant quam gladiātōriī."



certāmen luctantium

circiter ↔circum: Cēna est cibus quem Rōmānī *circiter* hōrā nōnā vel decimā sūmunt.

circum in circulō, ut anulus: *Circum* oppida mūrī sunt.

circumdare cingere: Vesperī exercitus locō ad dēfendum idōneō castra pōnit, quae vāllō et fossā *circumdantur*.

circumsilīre circumsalīre: "Nam mellītus erat suamque nōrat ipsam tam bene quam puella mātrem, nec sēsē ā gremiō illius movēbat, sed *circumsiliēns* modo hūc modo illūc ad sōlam dominam ūsque pīpiābat."

charta -ae *f*




circus –ī *m* quō aurīgae certant: "Mālō cursūs equōrum spectāre in *circō*."

cis *prp + acc* citrā: Ad, apud, ante, adversum, *cis*, citrā, circum, circā…

citerior –ius comp.<citrā; *sup* citimus: Reliquī omnēs ab equitibus, quī ad eōs persequendōs missī erant, in rīpā *citeriōre* caesī aut captī sunt.

citrā *prp + acc* ↔ultrā *prp + acc*: Rōmānae hīc sunt ac tamdiū remanēbunt quamdiū hostis armātus seu *citrā* seu ultrā Dānuvium flūmen reliquus erit.

circum oppid*um* (*acc*)



cīvis –is *m/f* quī/quae in eādem urbe habitat: "Hodiē certē Mīnōtaurum occīdam atque *cīvēs* meōs ā mōnstrō illō terribilī servābō."

clāmāre vocare magna voce: Albīnus rūrsus *clāmat*: "Ōrnāmenta! Ōr-nā-men-ta!"

clāmor –ōris *m* <clāmat: Canis *clāmorem* pāstōris audit, et sine timōre lupum petit.


clārus –a –um lucidus, nitidus: Lūna nōn tam *clāra* est quam sōl.

classis –is *f* nāvium numerus: Populus Rōmānus postulāvit ut *classis* Rōmāna adversus hostēs mitterētur.

claudere –sisse –sum ↔aperit: Syra ōstium aperit neque ōstium post sē *claudit*.

claudus –a –um quī ambulāre nōn potest: Quī medicus verbīs sōlīs potest facere ut hominēs caecī videant, surdī audiant, mūtī loquantur, *claudī* ambulent?"

clausus –a –um ↔apertus –a –um: Utra fenestrā *clausā* dormit, quia Quīntus aeger est.



circus



clāvis –is *f* instrumentum ad solvendam ianuam: "Dāve, inclūde Marcum in cubiculō! Posteā fer mihi *clāvem* cubiculī!"

clēmēns –entis ↔sevērus: Aemilia autem marītō suō suādet ut *clēmēns* sit.

cocus –ī *m* Servus cuius negōtium est cibum coquere atque cēnam parāre in culīnā, *cocus* appellātur.

coepisse coeptum esse v. incipere: Ariadna cum prīmum Thēseum cōnspexit, eum amāre *coepit* cōnstituitque eum servāre.



cōgere coēgisse –āctum vī persuādēre: Cum vērō fīlius nūllō modō contrā voluntātem ad studium litterārum *cōgī* posset, pater eum ūnā cum Pūbliō Valeriō in Germāniam ad exercitum Rōmānum mīsit.

cōgitāre mente uti: "Semper *cōgitō* antequam respondeō."

cognōmen –inis *n* ultimum nomen: 'Balbus' *cognōmen* est (dē 'Lūcius Iūlius Balbus').

cognōscere –ōvisse –itum scīre, comprehendere: Quis est hic puer? Mārcus est, sed difficile est eum *cognōscere.*

cohors –rtis *f* circā quingentī mīlitēs, pars legiōnis: Exercitus Rōmānus ūniversus cōnstat ex legiōnibus duo-dētrīgintā, quae in dēnās *cohortēs* dīviduntur.

colere –uisse –cultum arāre, serere, et metere: Agricola est vir cuius negōtium est agrōs *colere.*


collis –is *m* mōns parvus: *Collis* est mōns parvus.

colloquī inter sē loquī: Iūlius adhūc in peristylō cum uxōre *colloquitur.*

colloquium –ī *n* < colloquī, sermō: Coniugēs colloquī pergunt. Ecce *colloquium* eōrum.

collum –ī *n* pars corporis quae caput sustinet: Ānulus digitum Aemiliae ōrnat, margarītae *collum* eius ōrnant.

colōnus –ī *m* <colere, agricola: Agrī Iūliī nōn ā dominō ipsō coluntur, sed ā *colōnō.*



color –ōris *m* forma reī luce, ut ruber, albus, et caeruleus: *Color* sanguinis est ruber.

columna –ae *f* cylindrus quī tectum sustinet: Marītus et uxor inter *columnās* et signa ambulant.

comes –it is *m* is quī comitātur: "Crās Dāvus eum comitābitur; is certē bonus *comes* erit."

comitārī cum eō īre: "Crās Dāvus eum *comitābitur*; is certē bonus comes erit."

commemorāre memorāre: Aemilius, frāter Aemiliae minor, quem suprā *commemorāvimus,* ā prīmā aetāte studiōsus fuit reī mīlitāris.

commūnis –e nōn ūnīus sed omnium: Hāc victōriā ēgregiā omnēs gentēs, ab Hispānīs ūsque ad Aegyptiōsque Iūdaeōsque, *commūnē* perīculō līberātae sunt.

cōmoedia –ae *f* fābula scaenica dē rebus levibus et rīdiculīs: "Nūper spectāvī *cōmoediam* Plautī dē Amphitryōne, duce Graecōrum."

comparāre conferre, temptāre sī similis est: Magister litterās Titī *comparat* cum litterīs Marcī.

comparātiō –ōnis *f* <comparāre, actum comparandī: *Comparātiō* gradūs quot sunt?

comparātīvus –ī *m* adiectivum maiorem aut minorem significans: 'Altior –ius' *comparātīvus* est.

complectī –exum bracchia circumponere: Mēdus eam *complectitur* et "Tergē oculōs!" inquit.

complēre –ēvisse –ētum implēre: Pōculum Orontis prīmum Falernō *complētur*, nam is iam prīdem pōculum suum exhausit.

complūrēs –a plūrēs quam duo: Daedalus iam antequam ex urbe Athēnīs in Crētam vēnit, *complūrēs* rēs mīrābilēs fēcerat.



computāre arithmeticam facere: Titus digitīs *computat,* "… quattuor… octō… duodecim…"

cōnārī temptāre: Mēdus loquī *cōnātur* neque potest.

condiciō –ōnis *f* lēx inter duōs statūta: "Ergō virum dīvitem adiī, quī mihi omnem pecūniam mūtuam dedit hāc *condiciōne*, ut annō post ad certam diem omnia sibi redderentur."

cōnficere facere: Tum rēx īrātus cēpit Daedalum, quī fīlum *cōnfēcerat* et Ariadnae dederat.

cōnfidere fīdere: "Posthāc servō Graecō nūllī *cōnfīdam*, neque enim fidē meā dignī sunt."


cōnfitērī –fessum fatērī: Nautae stupentēs prōtinus maleficium suum *cōnfessī* sunt.

coniugātiō –ōnis *f* familia terminatiōnum verbīs: Dēclīnātiōnēs verbōrum sunt quattuor, *'coniugātiōnēs'* quae vocantur…

coniugātiō –ōnis *f* familia terminātiōnum verbīs: Dēclīnātiōnēs verbōrum sunt quattuor, '*coniugātiō'* quae vocantur…

coniūnctiō –ōnis *f* <coniungere, pars ōrātiōnis adnectēns ōrdinānsque sententiam: Nōmen, prōnōmen, verbum… *coniūnctiō*, praepositiō, interiectiō.

coniūnctīvus –ī *m* modus verbōrum quod adhuc verum nōn est significans: 'Intret', 'taceat', 'claudat', 'audiat' *coniūnctīvus* est.



coniungere iungere: Cum vocābula *coniunguntur*, sententiae fīunt.

coniūnx –iugis *m/f* uxor\marītus: Cupīdō est fīlius Veneris et Mārtis, quamquam Venus Mārtis *coniūnx* nōn est.

cōnscendere –disse ascendere: Inter eōs hominēs quī nāvēs *cōnscendit* est Mēdus.

cōnsequī sequī prope: Mīnōs nōn tam celer fuit quam Thēseus neque eum *cōnsequī* potuit.

cōnsīdere –sēdisse sedēre incipere (↔surgere): Sextus in sellā *cōnsīdit.*

cōnsilium –ī *n* quī in mente est: Īcarus autem, quī *cōnsilium* patris ignōrābat, humī cōnsēdit.

cōnsistere –stitisse non continuare ambulans sed stare: Lydia *cōnsistit* oculōsque ad tabernam Albīnī vertit.

cōnsōlārī tristitiam submovēre: Mēdus amīcam suam trīstem *cōnsōlatur.*

cōnsonāns –antis *f* Litterae quae vōcālēs nōn sunt: Litterae sunt aut vōcālēs aut *cōnsonāntēs.*

cōnspectus –ūs *m* < cōnspicere: Brevī nāvis ē *cōnspectū* eius abiit neque iam vēlum in marī cernēbātur.

cōnspicere vidēre: Māter vestīgia Mārcī in solō *cōnspicit* et "Sordidum est hoc solum!" inquit.


cōnstāns –antis ↔ turbātus: Statimque Iēsūs locūtus est eīs dīcēns: "*Cōnstāntēs* estōte!"

cōnstāre –stitisse stare in uno loco: "Quot nummīs *cōnstat* ānulus in quō gemma est?"


cōnstituere –uisse –ūtum in mente habēre, consilium habēre: Thēseus novam glōriam quaerēns Mīnōtaurum interficere *cōnstituit.*

cōnsūmere absumere, perdere: "Iam hōram *cōnsūmpsī* in nārrandō."


contemnere –tēmpsisse –tēmptum parvī aestimāre, nōn timēre: Tanta enim erat vīs et audācia eōrum, ut vim Rōmānōrum *contemnentēs* etiam portūs Italiae oppugnārent.
continēre in sē habēre: "At fortasse epistula aliās rēs *continet.* Signō integrō, nēmō scit."
continuō statim: Quīntus, quī tantum strepitum mīrātur, Syram vocat; quae *continuō* accurrit.
contrā *prp* + *acc* in + *acc*: "Cūr mīlitēs Rōmānī *contrā* Germānōs pugnant?"
contrahere con + trahere: Iūlius frontem *contrahit* et "Agricola" inquit "ipse nōn sum."
contrārius –a –um < contrā: Pars *contrārius* septentriōnēs appellātur ā septem stēllīs quae sempre in eā caelī parte stant.




conturbāre turbāre (↔numerāre): "Dein, cum mīlia multa fēcerīmus, *conturbābimus* illa, nē sciāmus, aut nē quis malus invidēre possit, cum tantum sciat esse bāsiōrum."
convenīre esse neque tam magnus neque tam parvus: "Tanta gemma ad tam parvum ānulum nōn *conven-it.*"
convenīre in eundem locum venīre: In forō Rōmānō hominēs ex tōtā Italiā atque ex omnibus prōvinciīs Rōmānīs *conveniunt.*
convertere vertere: Puer aegrōtus iterum iterumque super lectum sē *convertit.*
convīva –ae *m/f* quī/quae in convīviō adest: Quot *convīvae* in singulīs lectīs accubant?
convīvium –ī *n* cēna quae amīcīs datur: Ante *convīvium* triclīnium flōribus exōrnātur et vestis pretiōsa super lectōs sternitur.




convocāre in eundem locum vocāre: Hōc nūntiō allātō, mīlitēs statim *convocātī* sunt.
cōpia –ae *f* multum: Frūmentum minōris pretiī est, quia magna *cōpia* frūmentī ex Āfricā in Italiam invehi-tur.
cōpulāre coniungere: Mediā nocte in castra nūntiātum est 'magnum hostium numerum nāviculīs rati-busque *cōpulātīs* flūmen trānsiisse celeriterque secundum flūmen adversus castra nostra prōgredī.'
cōpulātīvus –a –um <cōpulāre, dē coniūnctiōnibus quae adiungunt: Dā *cōpulātīvōs*! (Et, -que, atque, ac.)




coquere –xisse –ctum cibum parāre: "Necesse est paulisper famem et sitim ferre, dum cibus *coquitur* et triclīnium exōrnātur."
cor cordis *n* pars corporis in pectore quae sanguinem movet: In pectore *cor* et pulmōnēs sunt.
cōram *prp* + *abl* ante: "Eius reī exemplum memorātur Titus Mānlius Torquātus, quī fīlium suum *cōram* exercitū necārī iussit quia contrā imperium patris cum hoste pugnāverat!"
cornū –ūs *n* rēs acuta quae ex capite animalis crescit: Mārcus dīcit, "Bōs īrātus *cornū* mē pulsāvit!"
corpus –oris *n* totae partes iunctae hominis aut bestiae: *Corpus* hūmānum quattuor membra habet.




corrigere –rēxisse –rēctum rēctum facere: Magister stilō suō addit litterās quae dēsunt; ita menda *corrigit.*
cotīdiē omnī diē, quōque diē: Iūlius *cotīdiē* epistulās ad Aemiliam scrībēbat.
crās diē post hunc diem: Iūlius, quī *crās* Rōmam ībit, "Nōn semper" inquit "mihi licet apud vōs manēre, Iūlia."
crassus –a –um ↔ tenuis: Rāmus quī nīdum sustinet nōn *crassus*, sed tenuis est.
crēdere –didisse –ditum vērum esse putāre: Iūlius 'Mārcum dormīvisse' dīcit, nec vērō māter id *crēdit.*
crēscere –ēvisse surgere ē terrā: In agrīs frūmentum *crēscit* vēre et aestāte.
cruciāre dolōribus afficere: "Profectō eum verberābō atque omnibus modīs *cruciābō.*"
crūdēlis –e saevus atque inhūmanus: "Sānē pater *crūdēlis* fuit Mānlius, sed illō suppliciō sevērissimō cēterī mīlitēs dēterrēbantur nē officium dēsererent."




cruentus –a –um <cruor, cruore opertus: Mārcus nōn modo ūmidus erat, sed etiam sordidus atque *cruentus.*
cruor –ōris *m* sanguis: Tum *cruorem* in faciē eius cōnspiciēns exclāmat pater: "Quis tē pulsāvit?"
crūs –ūris *n* membrum quod pedem habet: In *crūre* pēs (est).
crux –ucis *f* instrumentum cruciantis: "Nisi pecūniam mihi reddiderit, in *cruce* fīgētur!"
cubāre –uisse –itum iacēre (in lectō): Uterque puer *cubat* in cubiculō parvō, neuter in cubiculō magnō.
cubiculum –ī *n* conclave ad dormiendum: In vīllā sunt multa *cubicula.*
cui *dat* < quī quae quod: *Cui* Iūlius mālum dat?
cuius? genetīvus <quis: *Cuius* fīlius est Marcus? Iuliī est.



culīna –ae *f* locus ubi cibus coquitur: Servus cuius negōtium est cibum coquere atque cēnam parāre in *culīnā*, cocus appellātur.
culter –trī *m* instrumentum quō scindere: Puer *cultrem* medicī timet.
cum + *ind* quō tempore: *Cum* aquila suprā hortum volat et cibum quaerit, parvae avēs canere nōn audent.
cum ↔sine: Iam Iūlia *cum* Aemiliā nōn est.
cūnae –ārum *f* quā infans dormit: Parvulus īnfāns in *cūnīs* cubāre solet.
cūnctus –a –um omnis, tōtus; *pl*=omnēs: Brevī *cūnctus* classis ē cōnspectū abit.
cupere –iō –īvisse velle: "Dum hīc sōlus cubō, nihil nōscere possum, etsī omnia scīre *cupiō.*"




cupiditās –ātis *f* < cupidus: "Nōlī vērō putāre mē ob *cupiditātem* pecūniae amāvisse eum."
cupidus –a –um <cupere, cupiens, volens: Eō tempore Thēseus, vir glōriae *cupidus*, Athēnīs vīvēbat.
cūr? quā de causā? : "*Cūr* Mārcus Iūliam pulsat?"
cūra –ae *f* actum curandi: "*Cūra* īnfantium multum temporis magnamque patientiam postulat."
cūrāre curam habēre dē rē: "Sīve īnfāns valet sīve aegrōtat, māter eum *cūrāre* dēbet – hoc est mātris officium!"
currere cucurrisse īre celerius ambulante: Puerī per peristylum in hortum *currit.*
currus –ūs *m* vehiculum celere quod equus trahit: "An fābulam dē puerō quī cupīvit regere equōs quī *currum* Sōlis per caelum trahunt?"



cursus –ūs *m* <currere, ubi curris, ubi iter facis: Itaque persequī dēsistunt atque *cursum* ad orientem flectunt.
cūstōdīre servāre, defendere: Servus cuius officium est forēs *cūstōdīre*, ōstiārius vel iānitor appellātur.
dactylus –ī *m* syllaba longa et duae syllabae brevēs: Pedēs frequentissimī sunt trochaeī, iambī, *dactylī*, spondēī.
dare dedisse datum dōnāre alicui: Iūlius Mārcō mālum *dat*.
datīvus –ī *m* casus demonstrans cui aliquid datur: "servō" *datīvus* singulāris est.
dē *prp + abl* ab (deorsum): "Nīdum in arbore reperit, arborem ascendit, *dē* arbore cadit!"
dē D, quarta littera: C et *D* litterae Latīnae sunt.
dea –ae *f* quae caelum regit: Iūnō et Venus *deae* sunt.
dēbēre necesse esse dare: "Nōlō hās litterās legere, nam certē magister poscit pecūniam quam eī *dēbeō*."
dēbēre oportet, decet: "Sīve īnfāns valet sīve aegrōtat, māter eum cūrāre *dēbet* – hoc est mātris officium!"
dēbilis –e ↔validus: "Ergō quī īnfantem suum *dēbilem* ad ferās expōnī iussit, ipse ad bēstiās mittendus est cum aliīs hominibus scelestīs!"
decem X: Ūnus, duo, trēs, quattuor, quīnque, sex, septem, octō, novem, *decem*.
decēre dignus esse: "Ita loquuntur parvulī īnfantēs, nec sermō īnfantium tē *decet*."
deciēs 10x: Mārcus *deciēs* H scrībit: H H H H H H H H H H
decimus –a –um X: Annus in duodecim mēnsēs dīviditur, quibus haec sunt nōmina: Iānuārius, mēnsis prīmus; Februārius, secundus…Octōber, *decimus*.
dēclīnāre adicere fines nominibus: Vocābulum 'īnsula' *dēclīnat* hōc modō.
dēclīnātiō –ōnis *f* < dēclīnat: *Dēclīnātiō* prīma: -a, -ae, -ae, -am, -a…
deesse dēsum dēfuisse praesens non esse: "Litterās tuās turpēs legere nōn possum, sed numerāre possum: quattuor litterās *deesse* cernō."
dēfendere –disse –sum ↔oppugnāre: Rōmānī castra *dēfendunt*.
dein deinde: "Dā mī bāsia mīlle, deinde centum, *dein* mīlle altera, *dein* secunda centum…"
deinde Mārcus prīmum manūs lavat, *deinde* faciem.
dēlectāre facere laetum: Iūlia laeta est, rosae eam *dēlectat*.
dēlēre –ēvisse –ētum ↔ addere, submovēre: Mārcus stilum vertit et litteram H *dēlet*.
dēliciae –ārum *f* id quod delectat: "Incipiam ā carmine dē morte passeris quem Lesbia in *dēliciīs* habuerat."
delphīnus –ī *m* piscis quī aera dūcit: "At certē nōn tam fēlīx eris quam Arīōn, quī *delphīnus* servātus est."




delta Δ, quarta littera Graeca: *Delta* littera Graeca est.
dēmere –mpsisse –mptum ↔addere, auferre: Quae in –r dēsinunt et eā *dēmptā* redeunt in āctīva.
dēmōnstrāre mōnstrāre: "Necesse est computāre scīre, ut multīs exemplīs tibi *dēmonstrāre* possum."
dēmum dēnique, tandem: Nunc *dēmum*, postquam herī ad vīllam Tūsculānam rediī, paulum requiēscere possum et amīcōs vīsere.
dēnārius –ī *m* nummus Romanus, quattuor sestertii: Discipulō tam industriō *dēnārium* dare oportet.



dēnī –ae –a X et X…: Exercitus Rōmānus ūniversus cōnstat ex legiōnibus duodētrīgintā, quae in *dēnās* cohortēs dīviduntur.
dēnique postrēmō: Pater familiās prīmum quiēscit, tum ambulat, *dēnique* lavātur.
dēns dentis *m* res alba, ut margarita, in ore qua mordes: Oculī lupī in umbrā lūcent ut gemmae et *dentēs* ut margarītae.



dēnuō rūrsus: Itaque ē lectō surgere cōnātur, sed pēs *dēnuō* dolēre incipit.
deorsum ad terram: "Movē ālās sūrsum *deorsum* hōc modō!"
dēpōnēns –entis verbum quod genūs actīvum nōn habet, praeter participium: 'Laetārī', 'verērī', 'proficīscī', 'opperīrī' verba *dēpōnentia* sunt.
dērīdēre ludere: Iānitor eum tremere animadvertit iterumque *dērīdet*: "Quid tremis?"
dēscendere –disse ↔ascendere: Ariadna igitur in lītus *dēscendit* atque vestem scindēbat.
dēserere –uisse –rtum relinquere: "Virī montēs aurī fēminīs pollicentur, tum prōmissa oblīvīscuntur ac fēminās sine nummō *dēserunt*!"
dēsīderāre dolēre sē abesse ab amīcīs: Tum, nesciō quōmodo, ita permoveor ut lacrimās vix teneam –ita patriam et amīcōs meōs *dēsīderō*.
dēsilīre –uisse dē + salīre, salīre deorsum: Nautae precibus eius ita permōtī sunt ut manūs quidem ab eō abstinērent; sed tamen imperāvērunt ut statim in mare *dēsilīret*!
dēsinere –siisse ↔ incipere: Mārcus clāmat, "Ei! Iam satis est! *Dēsine*, magister!"
dēsistere –stitisse dēsinere: Nautae statim rēmigāre *dēsistunt* ac rēmīs sublātīs nāvēs longās salūtant.
dēspērāre nōn spērāre: "Bonō animō es! Nōlī *dēspērāre*! Spēs est, dum anima est."
dēspicere deorsum aspicere: Īcarus *dēspiciēns* multitūdinem īnsulārum mīrātus est.
dētergēre delēre manū: Aemilia sanguinem dē bracchiō *dēterget*.
dēterrēre terrēre ab: Nec tamen ūllīs perīculīs ā nāvigandō *dēterrēntur* nautae.
dētrahere dē + trahere, submovēre: Hoc dīcēns Lydia ānulum dē digitō *dētrahit*.
deus –ī *m* Quī divinus caelum regnat: Mercurius nōn homō, sed *deus* est.
dēvorāre vorāre: "Orcī, quae omnia bella *dēvorātis*: tam bellum mihi passerem abstulistis."
dexter –tra –trum ↔sinister –tra –trum: Bracchium *dextrum* est nūdum, bracchium sinistrum est togā operītur.
dīcere –xisse –dictum verbum facere: Medicus *dīcit*: "Puer dormit."
dictāre recitāre ut scribatur: Quisque discipulus in tabulā suā scrībit eās sententiās quās magister eī *dictat*.
dictum –ī *n* quod dictum est, verbum: In hōc librō Matthaeus *dicta* et facta Chrīstī memorat."
diēs –ēī *m* mane ad vesperum: Ūnus annus duodecim mēnsēs vel trecentōs sexāgintā quīnque *diēs* habet.
diffīcilis –e ↔ facilis: "At id quod ego interrogor nimis *difficile* est."
digitus –ī *m* pars manus quae anulum tenet: Mēdus ānulum in *digitō* Lydiae pōnit.



dignus –a –um merens: “Ille vir pessimus tē *dignus* nōn erat!”

dīligēns –entis ↔neglegēns: “Et tū nōs docēbis dē rēbus rūsticīs, ut agricola studiōsus et *dīligēns*.”

dīligere –ēxisse –ēctum amāre (ut parentēs līberōs suōs): “Iūlia dīcit ‘sē patre suō carēre nōlle’, ergō mē nōn minus *dīligit* quam tē.

dīmidius –a –um I/II (<medius): Diē septimō vel octāvō post lūnam novam lūna *dīmidia* vidētur.



dīmittere ā sē mittere, iubēre discēdere: “Recēde!” Sīc Iūlius iānitōrem *dīmittit*.


diphthongus –ī *f* duae vōcālēs in ūnā syllabā coniūnctae: Syllaba brevis est quae in vōcālem brevem dēsinit; quae dēsinit in vōcālem longam aut in *diphthongum* aut in cōnsonantem syllaba longa est.

dīrus –a –um horrendus: Mīrābar cūr ille poēta mortem glōriōsam prō patriā *dīram* vocāret.

discēdere ↔venīre: “Sūme sacculum suum et *discēde*, bone serve!”

discere didicisse scire incipere: In lūdō puerī numerōs et litterās *discunt*.

discipulus –ī *m* quī ab magistrō discit: Diodōrus enim *discipulōs* suōs virgā verberat.


discipulī

disiūnctīvus –a –um <disiungere, dē coniūnctiōnibus quae disiungunt: Dā *disiūnctīvōs*! (Aut, -ve, vel, nec, neque.)

disiungere dīvidere: Mēdus et Lydia pergunt ad fretum Siculum (id est fretum angustum quō Sicilia ab Italiā *disiungit*).

dissuādēre –sisse ↔persuādēre: Item gubernātor multīs verbīs Mēdō *dissuādēre* cōnātur nē gladium ēdūcat neu paredōnibus vī et armīs resistat.

diū per longum tempus: “Iūlius tardē ex agrīs revertit hodiē, quod nimis *diū* ambulāvit.”

diūtius *comp* v. diū: Hostēs hāc rē perturbātī, cum iam longā pugnā fatīgātī essent, impetum Rōmānōrum ab utrāque parte venientium *diūtius* sustinēre nōn potuērunt, ac post brevem pugnam terga vertērunt.

dīves –itis pecūniōsus, quī multum pecuniae habet: Pater Iūliī magnam pecūniam habēbat homō *dīves* est.

dīvidere –vīsisse –vīsum ↔coniungere: Flūmen Rhēnus Germāniam ā Galliā prōvinciā *dīvidit*.

dīvitiae –ārum *f* magna pecūnia: “*Dīvitiae* āmittere miserum est, at multō miserius līberōs āmittere.”

docēre doctum facere: Magister puerōs multās rēs *docet* potest.

doctus –a –um qui multas res scit: Magister est vir *doctus*.

dolēre dolum habēre: Quintus: “Ei, ei! Pēs *dolet*!”

dolor –ōris *m* <dolēre, quī dolet: “Valdē mihi dolet pēs, ob *dolorem* ē lectō surgere nōn possum.”

domī apud domum: Is *domī* est apud mātrem suam.

domina –ae f fēmina quae servō imperat: Aemilia *domina* Dēliae est.

dominus –ī m vir quī servō imperat: Iūlius *dominus* Mēdī est.

domō *adv* ab domō: “Vel sī necesse erit *domō* abīre, nōn modo tertiō quōque diē, sed cotīdiē ad nōs revertī dēbēs.”

domus –ūs *f* villa in urbe: Iūlius et Aemilia in eādem urbe habitābant, nōn in eādem *domū*.


dōnāre dare: Piscātor in marī piscem cēpit quī tam fōrmōsus erat ut piscātor eum nōn vēnderet, sed tyrannō *dōnāret*.

dōnec dum, tam diū quam: “*Dōnec* ego vīvam, nēmō tibi nocēbit!”

dōnum –ī *n* rēs quae datur: Nec Iūlius amōrem suum occultābat, nam Aemiliam ‘amīcam’ appellābat et multa *dōna* eī dabat.

dormīre quiēscere in lectō: “Pater *dormit*.”

Iūlius dormit



dorsum –ī *n* tergum bēstiae: Delphīnus, cantū allectus, repente hominem natantem subiit eumque in *dorsō* suō sedentem vēxit et in lītore Graeciae salvum exposuit.

duae fem pl <duō, ut ___ fēminae: Dēlia et Syra *duae* ancillae sunt.

dubitāre incertus esse: Iūlius iam dē verbīs Mārcī *dubitāre* incipit.

dubius –a –um incertus, dubitāns: “Ecce duo versūs quī mentem poētae dolentem ac *dubiam* inter amōrem et odium dēmōnstrant.”

ducentī CC (200): Duo saecula sunt *ducentī* annī.

dūcere dūxisse ductum ante īre, viam ostendere/demonstrare: Pāstor ovēs suās ad arborem *dūcit*.

dulcis –e gustātum mellis habēns: “Ego vīnum *dulce* amō; semper mel vīnō misceō.”

dum eodem tempore; donec: Ovis cōnsistit et exspectat *dum* lupus venit.

dummodo sī modo: “Item Sextus scit sē dēfendere, *dummodo* cum singulīs certet.”

dumtaxat tantum: Appellātīva *dumtaxat* quālitātem aut quantitātem significantia.

duo duae duo II, secundus numerus: Creta et Sicilia *duae* insulae sunt.

duodecim XII: In mūrō Rōmānō *duodecim* portae sunt.

duodecimus –a –um XII: Annus in duodecim mēnsēs dīviditur, quibus haec sunt nōmina: Iānuārius, mēnsis prīmus; Februārius, secundus…December, mēnsis *duodecimus* ac postrēmus.

duodēvīgintī XVIII: Titus: “… trēdecim, quattuordecim, quīndecim, sēdecim, septendecim, *duodēvīgintī*, ūndēvīgintī, vīgintī…”

dūrus –a –um ↔mollis –e: Haec cēra prope tam *dūra* est quam ferrum.

dux ducis *m* qui ducit: *Dux* exercituī imperat.

ē ex (ante consonantes): Iūlius mālum *ē* saccō sūmit.

eā abl s f <is: Aemilia sōla nōn est – līberī cum *eā* in peristylō adsunt.

ea nom s f aut nom/acc pl n <is: *Ea* nōn magna sunt, et multī servī in ūnō cubiculō dormiunt.

eae nom pl f <is: Etiam ancillae multae in ūnō cubiculō dormiunt, neque *eae* magna cubicula habent.

eam acc <ea: “Iūlia plōrat, quia Mārcus *eam* pulsat.”

eārum gen pl f <is: Domina *eārum* est Aemilia.

eās acc pl f <is: "Sūmite cēterās rosās *eāsque* in aquā pōnite!"

ēbrius –a –um quī nimium vīnī pōtāvit: "Nimium pōtāvistī, *ēbrius* es."

ēducāre (līberōs) alere, cūrāre, docēre: "…et tū tam rūsticus quam Paris, quī inter rudēs pāstōrēs *ēducātus* erat!"

ēdūcere dūcere ex; Mēdus autem gladium brevem, quem adhūc sub veste occultāvit, *ēdūcit* et "Equidem" inquit "nōn inermis occīdar."

efficere facere: Ferrum est māteria dūra ex quā cultrī, gladiī, stilī aliaeque rēs multae *efficiuntur*.

effugere < ex + fugere: Quoniam igitur aliae viae clausae erant, ille vir audāx per āera *effugere* cōnstituit.

effundere ex + fundere: Rīdēbis certē, mea soror, nec sine causā, nam rīdiculum est tālēs rēs optāre, nec lacrimās *effundere* mīlitem decet, cuius officium est sanguinem *effundere* prō patriā.

ego mē mihi/mī I pers. sing. pronomen personale: "*Ego* sōlus sum, quod cēterī discipulī omnēs absunt."

ēgredī –gressum exīre: Ventō secundō nāvēs ē portū *ēgrediuntur*.

ēgregius –a –um melior cēterīs, optimus: Ergō Gnaeus Pompēius, dux *ēgregius* , classī praepositus est.

eia age!: Hortandī, ut *eia*; ōrdinis, ut deinde.

ēicere ē+ iacere: Gaudent omnēs quī eā nāve vehuntur praeter mercātōrem cuius mercēs necesse fuit ē nāve *ēicere*.

eius gen. <is: Iam sacculus *eius* in mēnsā est.

ēlīdere –sisse –sum ēicere (↔addere): Vōcālis ultima ante vōcālem prīmam vocābulī sequentis *ēlīditur*.

ēligere –lēgisse –lēctum optāre: Ex malīs minimum *ēligere* oportet.

emere ēmisse ēmptum ↔vēndit: Quae nūllam aut parvam pecūniam habent ōrnāmenta aspiciunt tantum, nōn *emit*.

ēn ecce: Dēmōnstrandī, ut *ēn*, ecce; optandī, ut utinam.

enim nam: Mercurius imperia deōrum ad hominēs portat, is *enim* nūntius deōrum est.

ēnsis –is *m* gladius: Mīrābar cūr ille poēta mortem glōriōsam prō patriā 'dīram' vocāret et *ēnsēs* quibus patria dēfenditur 'horrendōs', ut in hīs versibus, quōs senex magister etiam atque etiam nōbīs recitābat.

eō abl s m/n <is: Hortus Iūliī pulcher est, quia in *eō* sunt multae pulchrae rosae līliaque.

eōrum gen pl m <is: Dominus *eōrum* est Iūlius.

eōs acc pl m <is: Iūlia *eōs* nōn audit neque venit.

epigramma –atis *n* parvulus versus: "Bene quidem et iocōsē scrīpsit Catullus, nec tamen versūs eius comparandī sunt cum *epigrammīs* sale plēnīs quae Mārtiālis in inimīcōs scrīpsit."

epistula –ae *f* verba in charta scripta et ad hominem missa, plerumque ab tabellariō lata: Magister *epistulam* signat ānulum suum in cēram imprimēns.




EPISTVLA MAGISTRI

eques –itis *m* miles Romanus qui in equis, non in pedibus, pugnat: *Eques* est mīles quī ex equō pugnat.

equidem ego quidem: "*Equidem* sine aquā iūcundē vīvere possum, sine vīnō nōn i tem!"

equitātus –ūs *m* equitum numerus (pars exercitūs): "Ecce *equitātus* noster in hostēs impetum facit.

equus –ī *m* bestia celer quae homines portat: *Equus* quī Cornēlium vehit pulcher est.



ergā *prp + acc* ad, versus: "Meus amor *ergā* tē multō māior est hodiē quam tunc!"

ergō itaque: "Ecce oculōs aperit: *ergō* vīvus est."

ēripere –iō –uisse –reptum ē + rapere: "At nōlīte mē monēre ut laetus sim, postquam omnia mihi *ēripuistis*!"

errāre ambulāre multis cursibus, hūc et illūc: Parva ovis sine timōre inter arborēs *errat*.

ērubēscere –buisse rubēre incipere, rubēns fierī: Hoc audiēns *ērubēscit* Paula atque cēterī convīvae rīsum vix tenent.

ērumpere subitō excurrere: Cum complūrēs hōrās ita fortissimē ā nostrīs, ab hostibus cōnstanter ac nōn timidē pugnātum esset, equitātus noster repente portā dextrā *ērumpēns* impetum in latus hostium apertum fēcit.

erus –ī *m* dominus: *Erus* est vocābulum multō rārius quam dominus.

es *II pers sing praes act ind* <esse

ēsse/edere cibum consumere: Canis herbam nōn *ēst*, neque pāstor herbam *ēst*.

est (<esse) existere, vivere, significāre '=' : Rōma *est* oppidum (Rōma = oppidum).

estis *II pers pl praes act ind* <esse

estō estōte (v. esse) es! este!: "Cautus *estō*, mī fīlī! Iam sequere mē!"

et significat '+' [plūs]: Rōma *et* Graecia (Rōma + Graecia)

et…et ↔neque…neque: Iūlius Syrum et Lēandrum servōs ad sē vocat *et* iīs māla *et* pira dat.

etenim namque: Fateor mē lacrimās effūdisse cum oculōs eius clausissem, sed illae lacrimae et mīlitem et amīcum decēbant, *etenim* malus amīcus fuissem, nisi lacrimās effūdissem super corpus amīcī mortuī.

etiam quoque: *Etiam* peristylum magnum et pulchrum in vīllā est.

etiamnunc adhūc: Lydia magnā cum laetitiā classem appropinquantem spectat, sed Mēdus *etiamnunc* perterritus esse vidētur.

etsī quamquam: "Nōn fleō, *etsī* dolōrem garvem patior."

euax interiectiō significāns dolōrem: Aut laetitiam significāmus, ut *euax* aut dolōrem, ut heu!

eum acc <is: Iūlius *eum* nōn audit, quia dormit.

ēvolāre ex + volāre: "Mīnōs dominus āeris nōn est – per āera hinc *ēvolāmus!*"


ēvolvere –visse –lūtum aperīre: Lydia continuō librum *ēvolvit* et "Legam tibi" inquit "dē virō claudō cui Iēsūs imperāvit ut surgeret et domum ambulāret."

ex ↔in: Iūlia rosās carpit et cum quīnque rosīs *ex* hortō venit.

exaudīre audīre (quod parvā vōce dīcitur): At magister, quī verba Mārcī *exaudit*, inquit "Litterās tuās turpēs legere non possum."

excitāre vigilantem facere: Dāvus ad puerum dormientem adit eumque *excitat*.

exclāmāre bene clamāre: *Exclāmat* magister, "Ō, discipulōs improbōs…!"
excōgitāre fingere, invenīre: "Ego cōnsilium fugae iam *excōgitāvī*."
excruciāre valdē cruciāre: "Nesciō; sed fierī sentiō – et *excrucior*!"
excurrere –risse ex + currere: Ego quoque dubitāre coeperam num nūntius vērum dīxisset, cum subitō paulō ante lūcem magnus numerus Germānōrum ē silvīs proximīs *excurrēns* castra nostra oppugnāvit.
excūsāre ↔accūsāre: Mārcus sē et Titum *excūsāre* cōnātur.
exemplum –ī n id quod demonstrat rem novam: *Exemplum*: numerus, numerī.
exercitus –ūs *m* milites contracti ad pugnandum: *Exercitus* est magnus numerus mīlitum quī contrā hostēs dūcitur.
exhaurīre ↔implēre: "Ergō pōcula *exhaurīte*, amīcī! Cum prīmum meum vīnum pōtāveritis, Falernum pōtābitis!"
exiguus –a –um parvus: Cum *exigua* pars lūnae tantum vidētur, lūna 'nova' esse dīcitur.
exīre ↔intrat: Iūlia ē cubiculō *exit*.
exīstimāre cēnsēre, putāre: Quamquam nūllō modō labōrem agricolārum sordidum esse *exīstimat*, tamen sē prae agricolīs beātum esse cēnset.
exitus –ūs *m* <exīre, porta, quem exīs: "Hoc nōn dubitō, sed quōmodo *exitum* labyrinthī posteā reperiēs?"


exitus

exōrnāre ōrnāre: "Necesse est paulisper famem et sitim ferre, dum cibus coquitur et triclīnium *exōrnātur*."
explānāre plānum facere: Pars ōrātiōnis quae adiecta verbō significātiōnem eius *explānat* atque implet.
explētīvus –a –um quae vacuum implet: Dā *eplētīvōs*! (Quidem, equidem, quoque, autem, tamen.)
expōnere ex + pōnere, relinquere: Delphīnus hominem in lītore Graecia salvum exposuit.
expugnāre vincere: Hostēs castra nostra *expugnāre* nōn possunt.
expugnātiō –ōnis *f* <expugnāre, subitus impetus: Post *expugnātiōnem* urbis Mīnōs hominēs vīvōs ab Athēniēnsibus postulāverat.
exspectāre remanēre et spectāre alicui: Aemilia virum suum *exspectat*.
extendere –disse ex + tendere: Quī manum *extendēns* libellum apprehendit et "Quī liber est iste?" inquit.
extrā *prp + acc* ↔intrā: Sī quis vīllam intrāre vult, iānuam pulsat et *extrā* iānuam exspectat.
faber –brī *m* vir quī manibus suīs rēs facit: Quī rēs ferreās vel ligneās facit, *faber* appellātur.
fābula –ae *f* quae narratur: "Nōlī mē relinquere! Tē hīc manēre volō. Nārrā mihi aliquam *fābulam*!"
fābulārī loquī: "Nōnne tē pudet ita ab ōvō ūsque ad māla *fābulārī*?"
facere –iō fēcisse factum agere: Quid *facit* Marcus?
faciēs –ēī *f* pars corporis in fronte caputis: Iānus est deus cui duae *faciēs* sunt.


Mārcus faciem lavat

facilis –e ↔difficilis: "*Facilis* est ad hoc respondēre."
factum –ī *n* id quod factum est: "Intellegisne *factum* tuum indignum esse?"
fallāx –ācis quī fallit: Rēx haec parum crēdidit, et Arīonem quasi virum *fallāx* cūstōdīrī iussit.
fallere fefellisse falsum ludere, dolum facere: Nōn difficile est mātrem Mārcī *fallere*!
falsus –a –um ↔vērus: Quod dīcit nōn vērum, sed *falsum* est – Mārcus mentītur.
falx –cis *f* instrumentum quō frumentum metitur: Quōmodo metitur frūmentum? *Falx* metitur.

falx -cis *f*


fāma –ae *f* quod nārrātur dē aliquō: Ex ūniversā Iūdaeā hominēs aegrī, quī *fāmam* dē factīs eius mīrābilibus audīverant, ad eum conveniēbant.
famēs –is *f* inopia cibī: "Venter mihi contrahitur propter *famem*."
fārī loquī: Puerī parvulī quī nōndum *fārī* possunt īnfantēs dīcuntur.
fatērī fassum ↔negāre: Mārcus, quī iam nōn audet mentīrī, nihil negat, sed omnia *fatētur*.
fatīgāre fessum facere: Epistulae quās Aemilius ad patrem dat praecipuē dē glōriā et virtūte mīlitārī sunt, sed ex iīs litterīs prīvātīs quās Aemilia nūper ā frātre suō accēpit plānē appāret eum iam vītā mīlitārī *fatīgātum* esse.
fātum –ī *n* quod necesse est accidere, mors: "Ego memoriā teneō versūs Ovidiī dē puellā quae poētam industrium prohibēbat bellum Trōiānum canere et *fātum* rēgis Priamī."
favēre fāvisse bene velle: "Sed ex novissimīs circēnsibus maestus abiī, cum ille aurīga cui plērīque spectātōrēs *favēbant* ex currū lāpsus equīs prōcurrentibus occīsus esset."
fēlīcitās –ātis *f* <fēlīx, bona fortuna: "Tum amīcus eius, rēx Aegyptī, cum *fēlīcitās* atque glōriam eius ingentem vidēret, tyrannō suāsit, ut iactūram faceret."
fēlīx –īcis cui rēs bona accidit: "Hominēs *fēlīcēs* sumus."
fēmina –ae f ↔vir: Aemilia *fēmina* Rōmāna est.



fēminīnum –ī n <fēmina, genus nōminum: 'Ancilla' est vocābulum *fēminīnum.*
fenestra –ae *f* cavum in muro villae per quod lux et aer intrant: Vīlla duo ōstia et multās *fenestra* habet.


ōstium et fenestra

fera –ae *f* Bēstia nōn domestica: *Fera* et hominēs amīcī nōn sunt.
ferē circiter: Celsī sānē et arduī montēs Germāniam ab Italiā disiungunt, ac difficillimae sunt viae quae trāns Alpēs ferunt, sed tamen celer tabellārius idem iter quīndecim *ferē* diēbus cōnficere potest, ut tabellāriī pūblicī quibus ūtitur dux noster.
ferōx –ōcis ferus: Iānitor sedet cum cane suō, quī prope tam *ferōx* est quam lupus.
ferre tulisse lātum portāre: Pedes gladium longum et gravem *ferre* non potest.
ferreus –a –um ex ferrō factus: Catēna quā canis vincītur est *ferrea.*
ferrum –ī *n* māteria dūra ex quā cultrī, gladiī, stilī aliaeque rēs multae efficiuntur: *Ferrum* est māteria dūra ex quā cultrī, gladiī, stilī aliaeque rēs multae efficiuntur.
fertilis –e quī frūgēs fert: Italia est terra *fertilis*, sed multa loca Italiae nōn arantur.
ferus –a –um ↔ domesticus: Leo et lupus sunt bēstiae *ferae.*
fessus –a –um sensus post laborem magnum: Dominus autem *fessus* nōn est, nam is nōn ambulat.
fidere fīsum esse crēdere: "Atque ego illī servō praeter cēterōs *fidēbam*!"




fidēs –eī *f* animus fidēns: “Posthāc servō Graecō nūllī cōnfīdam, neque enim *fidē* meā dignī sunt: īnfīdī et nēquam sunt omnēs!”

fidēs –ium *f* lyra, cithara: Arīōn tam pulchrē *fidibus* canēbat ut alter Orpheus appellārētur.

fidicen –inis *m* quī fidibus canit: Is *fidicen* nōbilissimus fuit quī tam pulchrē canēbat ut bēstiae ferae accēderent.

fīdus –a –um ↔īnfīdus: “In familiā meā ūnum sōlum servum *fīdum* esse crēdō.”



fierī factum esse esse incipere: “Ō Chrīste! Iubē mare tranquillum *fierī*! Servā nōs, domine!”

figere –xisse –xum coniungere, ligāre: Daedalus igitur arte mīrabilī sibi et fīliō suō ālās cōnfēcit ex pennīs, quās cērā iūnxit et in lacertīs *fixit*

fīlia –ae f puella matris et patris: Iūlia est *fīlia* Iūliī et Aemiliae.

fīliola –ae *f* parva fīlia: “Nōnne laetus eris, sī *fīliolam* habēbis?”

fīliolus –ī *m* parvus fīlius: “Nōnne tū quoque laetāberis, tata, sī *fīliolum* habēbis?”

fīlius –ī *m* puer matris et patris: Mārcus *fīlius* Iūliī est.

fīlum –ī *n* līnea tenuis: “Ecce *fīlum* ā Daedalō factum quod tibi viam mōnstrābit.”

finīre fīnem facere: “Ita nōnnumquam vīta beāta morte miserrimā *fīnītur*.”

fīnis –is *m* qui aliquid definit: *Fīnis* imperiī nostrī sunt.

flāre movēre ut ventus: Cum nūllus ventus super mare *flat*, mare turbidum est.

flectere –xisse –xum inclināre, anfractum facere: Intereā Lydia genua *flectit* et Deum precātur ut sē adiuvet.

flēre –ēvisse lacrimāre: “Nōlī *flēre*! Puerum Rōmānum sine lacrimīs dolōrem patī decet.”


flōs –ōris *m* pars plantae pulchra, ut rosa: Iūlius rosās aliōsque *flōrēs* pulcherrimōs ad eam mittere solēbat.

flūctus –ūs *m* collis aquae: Magnī *flūctūs* nāvēs aquā implēre possunt.

fluere flūxisse movēre ut aqua in fluviō: Ruber sanguis dē bracchiō in pōculum *fluit.*

flūmen –inis *n* Fluvius: Padus magnum *flūmen* est.


fluvius –ī m aqua in cursū fluens: Nīlus *fluvius* magnus est.



foedus –a –um ↔pulcher: “Māter nōn videt nāsum tuum *foedum*!”

folium –ī *n* Pars virens plantae: Nīdī eārum (avium) inter rāmōs et *folia* arborum sunt.

forās ē foribus, ē domō: “Nōlī iterum mē *forās* in imbrem pellere!”



fore v. esse futūrum/-am…esse: Nōlō tē fatīgāre nārrandō dē bellō cruentō, cum brevī pācem *fore* spērēmus.

forīs *adv* extrā forēs: Tandem iānitor forēs aperit et Tlēpolemum *forīs* in imbre stantem videt.

foris –is *f* pars iānuae: Iānua vīllae ē duābus *foribus* cōnstat.

fōrma –ae *f* figura: Lūna dīmidia *fōrma* habet litterae D.

fōrmōsus –a –um pulcher: “Immō *fōrmōsus* est nāsus tuus.”


forsitan fortasse: Quantitātis, ut multum, parum; dubitandī, ut *forsitan*, fortasse…

fortasse fortunā, forte: “*Fortasse* magister aliquid scrīpsit dē Mārcō? Signō integrō, nēmō scit.”

forte *adv* nesciō cūr, sine causā: “Fābulamne dē lupō et agnō quī *forte* ad eundem rīvum vēnērunt?”

fortis –e ↔timidus: Mīles *fortis* hostem non metuit.

fortūna –ae *f* quod forte hominī accidit: “Hoc nōs docet *fortūna* illīus tyrannī.”



forum –ī *n* locus in urbe apertus quō multī conveniunt: In mediā urbe inter collēs Capitōlium et Palātium est *forum* Rōmānum.

fossa –ae *f* vallis parva: Circum castra *fossa* et vāllum longum et altum est.

frangere –ēgisse –āctum rumpere (rem dūram): At subitō silentium clāmōre et strepitū māximō *frangitur*.

frāter –tris *m* masculus qui habet eosdem parentes ut alter: Quīntus est *frāter* Mārcī.

fremere –uisse ‘rrr’ facere ut canis īrātus: Canis īrātus dentēs ostendit ac *fremit*: “Rrrr…!”

frequēns –entis ↔ rārus: Y et Z litterae rarae sunt in linguā Latīnā, in linguā Graecā *frequēntēs.*

fretum –ī *n* hiatus angustus navibus inter duas oras: Interim Mēdus et Lydia ventō secundō per mare Īnferum nāvigāre pergunt ad *fretum* Siculum.

frīgēre frīgidus esse: Mārcus *frīget*, quod corpus eius nūdum est.



frīgidus –a –um ↔calidus: Hiems tempus *frīgidum* est.

frīgus –oris *n* ↔calor: Nec quidquam vīneīs magis nocet quam imber et *frīgus.*

frōns –ontis *f* pars corporis supra oculōs et sub capillō: Suprā oculōs *frōns* est.

frūgēs –um *f.* quae crescunt ē terrā et eduntur: Ager quī multum frūmentī aliāsve *frūgēs* ferre potest

fruī delectārī: “Post tanta negōtia magis quam umquam ōtiō *fruī*.”

frūmentum –ī *n* quod in agrīs crescit et panem facit: In agrīs *frūmentum* crēscit vēre et aestāte.

frūstrā Tālibus verbīs nauta mercātōrem maestum cōnsōlārī cōnātur, sed *frūstrā.*



fuga –ae *f* <fugere, actum fugiendī: “Crās tibi nārrabō dē *fugā* Daedalī et Īcarī.

fugere –iō fūgisse currere ab aliquo: Barbarī perterritī arma ad terram iaciunt atque in magnās silvās *fugiunt.*

fugitīvus –a –um quī aufūgit: “Etiam sī adhūc Rōmae latet, difficile erit servum *fugitīvum* in tantā urbe reperīre.”

fuisse *inf* esse (perfectum): Mārcus dīcit ‘sē bonum puerum *fuisse* et laudātum esse’, quamquam puer improbus fuit.

fulgur –uris *m* lux quae tempestate fulget: Tempestās orīrī solet cum tonitrū et *fulguribus.*


fundere fūdisse fūsum mittere aquam ad humum fluentem: Iam ministrī vīnum et calidam in pōcula *fundunt*.

funditus ā fundō: “Pōcula *funditus* exhauriāmus!”

fundus –ī *m* pars infima maris: In *fundō* maris plūrimae nāvēs mersae iacent.

fūr –is *m* quī rem aliēnam aufert: “Ō Mēde! *Fur* es! Iam mē pudet tē, *furem* nēquissimum, amāvisse!”

fūrtum –ī *n* maleficium fūris: “Pecūlium dēbitum sūmere *fūrtum* nōn est.”





futūrus –a –um ↔ praeteritum: Tempus *futūrus*: Mox nox erit. Sōl nōn lūcēbit…


gallus –ī *m* animal quod ‘Cucurru!’ canit: Ecce *gallus* canit: “Cucurrū! Cucucurrū!”


gamma Γ, tertia littera Graeca: *Gamma* littera Graeca est.

gaudēre gavīsum esse laetus esse: Aemilia *gaudet* quod fīlius vīvit.
gaudium –ī *n* laetitia: Sed quamquam tardē advēnit, grātissima mihi fuit tua epistula magnōque cum *gaudiō* ex eā cognōvī tē et Iūlium et līberōs vestrōs, quōs valdē dīligō, bonā valētūdine fruī.
geminus –a –um duo eōdem diē nātī: "…et decimō post mēnse fīliōs *geminōs* peperit, quōrum alter fuit Herculēs."
gemma –ae *f* saxum pulchrum in anulo: Ecce taberna Rōmāna, in quā *gemmas* et margarītas multae sunt.
gemmātus –a –um cum gemmā: Albīnus Mēdō ānulum *gemmātum* ostendit.
gena –ae *f* pars corporis infra oculos et supra mentum: Īnfrā oculōs *genae* sunt.
genetīvus –a –um casūs quī possessiōnem demonstrat: 'Servī' *genetīvus* singulāris est.
gēns gentis *f* populus, tribus, familia: Hāc victōriā omnēs *gentēs* līberātae sunt.
genū –ūs *n* pars media cruris: Nōn modo vestis, sed etiam faciēs et manūs et *genū* Mārcī sordida sunt.
genus –eris *n* qualis rēs, speciēs: Rosae et līlia et alia multa flōrum *generēs* in mēnsā sparsa sunt inter vāsa et pōcula argentea.
gerere gessisse gestum (in corpore) ferre, habēre: Toga est vestīmentum album, quod Romānī *gerunt*.
gerundium –ī *n* nōmen verbāle quod pōnitur in locō īnfīnītīvī: 'Nārrandum' est *gerundium*; quod pōnitur in locō īnfīnītīvī.
glaciēs –ēī *f* aqua gelata: Hieme Germānī puerī super *glaciēs* lacuum lūdere possunt.
gladiātor –ōris *m* vir quī populō spectante: "Modo in amphitheātrō certāmen magnificum spectāvī: plūs trecentī *gladiātorēs* certābant."
gladiātōrius –a –um <gladiātor: Aemilia, quae certāmen *gladiātōrium* nōn spectāvit, ā Cornēliō quaerit 'quōmodo gladiātōrēs rētibus certent?'
gladius –ī *m* culter duo pedes longus quem miles Romanus fert in manu dextra ad hostem interficiendum: Scūtum et *gladius* et pīlum sunt arma mīlitis Rōmānī.
glōria –ae *f* magna laus: Eō tempore Thēseus, vir patriae *gloriae* cupidus, Athēnīs vīvēbat.
glōriōsus –a –um nimis glōriae cupidus: Argenteum quidem minōris pretiī est quam aurum, nec vērō quisquam ex vāsīs aureīs cēnat nisi hominēs dīvitissimī atque *glōriōsī*, ut rēgēs Orientis.
gracilis –e tenuis: "At minus *gracilis* es quam tunc: eō enim tempore *gracilis* erās quam hoc signum Veneris.
gradus –ūs *m* motus pedum: Neque sōlum prīma vera, sed etiam prīmōs *gradūs* faciet īnfāns.
Graecus –a –um <Graecia: Sparta est oppidum *Graecum*.
grammatica –ae f leges ad faciendās sententiās: *Grammatica* Latina difficilis est!
grātia –ae *f* rēs grāta, beneficium: "Hanc *grātiam* sōlam ab iīs petam."
grātus –a –um quī placet, optātus: Simul atque *grātus* nūntius dē eā victōriā *grātam* Rōmam pervēnit, pretium frūmentī minuī coeptum est.
gravidus –a –um ↔cūrāre: "Nōlī mē ab uxōre *gravidā* rapere! Per omnēs deōs tē ōrō!"
gravis –e ↔levis: Gladius brevis nōn tam *gravis* est quam gladius longus.
gremium –ī *n* genua sedentis: "Saepe meae "Tandem" dīxī "discēde!" puellae – in *gremiō* sēdit prōtinus illa meō!"
grex –egis *m* multitudō ovium: "Quid? Lupusne ovem ē *grege* rapuit?"
gubernāre regere: In puppī sedet nauta quī nāvem *gubernat*.
gubernātor –ōris *m* quī navem gubernat: In puppī sedet nauta quī nāvem gubernat – is *gubernātor* est.
gustāre sapōrem temptāre: "Haec carō valdē mihi placet" inquit Fabia cum prīmum carnem gustāvit.
habēre tenēre: "Ō! Dāvus bonus servus est; pecūniam meam nōn *habet*."
habērī existimārī: "Nē Iuppiter quidem tantam potestātem habet, etsī ille deus māximus *habētur*."
habitāre vivere in loco: Iūlius in magnā vīllā *habitat*.
hasta –ae *f* telum longior quam pilum quod eques fert: Mīlitēs pugnant gladiīs, pīlīs, *hastīs*.
haud nōn: "*Haud* longum tempus longum tempus nōbīs reliquum est ad vīvendum."
haurīre –sisse –stum aquam auferre: Nautae multum aquae ē nāve *hauriunt*.
hendecasyllabus –a –um quī constat ex ūndecim syllabīs: Hic versus, quī ūndecim syllabās habet, vocātur *hendecasyllabus*, nam ūndecim Graecē hendeca dīcitur.
herba –ae *f* plantae virentes quae in campo crescunt; cibus ovibus: Cibus ovium est *herba*, quae in campō est.
herī diē ante hunc diem (↔crās): "Haec omnia facta sunt, quod Mēdus *herī* domō fūgit nec hodiē Mārcum in lūdum comitārī potuit."
hexameter –trī *m* quī constat ex quīnque pedibus dactylīs et ūnō spondēō (vel trochaeō): Hic versus *hexameter* vocātur ā numerō pedum, nam sex Graecē dīcitur hex.
hic haec hoc quī hīc (apud mē) est: Vidēte, puerī: *hic* saccus plēnus mālōrum est.
hīc ↔illīc: "Pater nōn *hīc* est, sed Mārcus *hīc* est."
hiems –mis *f* ↔aestas; tempus annī frigidum: Tempora annī sunt quattuor: aestās et *hiems*, vēr et autumnus.
hinc ab hōc locō: "Recēde *hinc* ad canem tuum!"
hodiē hōc diē: Quōmodo habet pēs tuus *hodiē*?"
holus –eris *n* herba quam edunt hominēs: Prīmum ōva convīvīs appōnuntur; deinde piscēs cum *holeribus*; sequitur caput cēnae: porcus quem Iūlius ipse ē grege ēlēgit.
homō –inis *m* Persona humana, vir aut femina: Non bēstia, sed *homō* est pāstor.
hōra –ae *f* LX minutae: *Hōra* sexta 'merīdiēs' nōminātur.
horrendus –a –um dīrus: Mīrābar cūr ille poēta ēnsēs quibus patria dēfenditur *horrendōs* vocāret.
horrēre perterritus esse: Quīntus sanguinem dē bracchiō fluere sentit atque *horret*.
hortārī monēre: Ante proelium dux exercitūs mīlitēs suōs *hortātur* ut fortiter pugnent.
hortus –ī *m* locus cultus cum arboribus et floribus: Ecce vīlla et *hortus* Iūliī.
hospes –itis *m* quī hospitiō fruitur: Dum ille post balneum vestem novam induit, Cornēlius et Orontēs, amīcī et *hospitēs* eius, cum uxōribus Fabiā et Paulā adveniunt.


gallus



gladiātōrēs

glaciēs -ēī *f*

lacus -ūs *m*


gladius


fundus -ī *m*



gemma


grex gregis *m*


herba



hieme montēs nive operiuntur



genū


hasta



pāstor in umbrā iacet






impetus hostium

ignis -is *m*




imāgō -inis *f*





pāstor ovem in umerōs im-pōnit (< in-pōnit)



impetus hostium

hostis –is ***m*** ↔amīcus: Germānī *hostēs* Rōmānōrum sunt.

hūc ad hunc locum: "Auxiliō huius fīlī *hūc* ad mē redībis."

hūmānus –a –um <homō: Corpus *hūmānus* quattuor membra habet.

humī ***adv*** in humō: "*Humī* iacuī – Sextus mē tenuit."

humilis –e ↔ altus: "…et Remum frātrem interfēcit quia moenia *humilia* dērīdēbat!"

humus –ī ***n*** terra: *Humus* enim propter imbrem ūmida et sordida est.

iacere –iō iēcisse iactum emittere (celeriter): Ovis nigra cum paucīs aliīs in sōle *iacit.*

iacere –iō iēcisse iactum mittere e manu: Rōmānī vāllum ascendunt ac pīla in Germānōs *iaciunt.*

iactāre iacere atque iacere: Nāvis flūctibus *iactātur* et vix gubernārī potest.

iactūra –ae ***f*** <iacere, actum iaciendi: "*Iactūra* mercium nāvis servāta est."

iam nunc, ↔postea: *Iam* Iūlia nōn cantat, sed plōrat.

iambus –ī ***m*** syllaba brevis et syllaba longa: Pedēs frequentissimī sunt trochaeī, *iambī*, dactylī, spondēī.

iānitor –ōris ***m*** ōstiārius: *Iānitor* intrā iānuam sedet cum cane suō.

iānua –ae ***f*** ōstium: Titus ad lūdum advenit et *iānuam* pulsat.

ibi illīc: Thēseus nūper Athēnās vēnerat neque *ibi* fuerat cum urbs ā rēge Mīnōe expugnāta est.

id nom/acc s n <is: *Id* nōn in peristylō, sed in ātriō est.

īdem eadem idem is quoque: Quaeque syllaba vōcālem habet, ergō numerus syllabārum et vōcālium *īdem* est.

ideō ob eam rem: "Num *ideō* cēnsēs cīvī Athēniēnsī licuisse patrem suum necāre?"

idōneus –a –um conveniēns: Cum agmen ad hostēs pervēnit, sī tempus et locus *idōneus* est ad pugnandum, cohortēs in trēs ōrdinēs īnstruuntur.

īdūs –uum ***f*** tertius aut quintus decimus dies mensis: Diēs tertius decimus post kalendās '*īdūs*' nōminātur.

iecur –oris ***n*** pars corporis quae bilem facit: Īnfrā pulmōnēs est *iecur* et venter.

igitur ergō: Nunc autem mēnsis prīmus est Iānuārius, September *igitur* mēnsis nōnus est.

ignārus –a –um ignōrāns, rudis: "*Ignārus* quidem es sī illum ignōrās."

ignis –is ***m*** flamma: "*Igne* cēram molliam, cērā mollī pennās iungam et in lacertīs fīgam."

ignōrāre nescīre: "Omnia *ignōrō*. Dum hīc sōlus cubō, nihil nōscere possum."

ignōscere –ōvisse condonāre: "Nimis clēmentēs sunt mulierēs: quam facile virīs nēquissimīs *ignōscunt*!"

ignōtus –a –um ↔nōtus: "An tam ignārus es ut etiam Orpheus tibi *ignōtus* sit?"

iī =eī (m nom pl < is ea id): *Iī* quoque in cubiculīs dormiunt.

iīs dat/abl pl m/f/n <is: Iūlia plōrat et cum ūnā rosā ab *iīs* discēdit.

ille –a –ud ↔hic haec hoc; <illīc: "Cōnsiste, Mēde! Aspice *illam* tabernam!"

illīc ↔ hīc: Nūlla ancilla *illīc* est.

illinc ab illō locō: "Tabellārius advēnit Tūsculō. Ecce epistula quam *illinc* ad tē trādit."

illūc ad illum locum: Nāvis quā Athēniēnsēs *illūc* vehēbantur vēla ātra gerēbat.

illūstrāre lucem facere: Sōl est stēlla clārissima, quae lūce suā et terram et lūnam *illūstrantur.*

imāgō –inis ***f*** figura, pictura: Tabellārius līmen aspicit, ubi CAVE CANEM scrīptum est īnfrā *imāginem* canis ferōcis.

imber –bris ***m*** aqua quae dē caelō cadit: Hieme nōn sōlum *imber*, sed etiam nix dē caelō cadit.

imitārī Quīn avēs caelī *imitāmur*?

immātūrus –a –um ↔maturus, <in + mātūrus: Ovēs sine pāstōre relictae dē viā in agrōs aberrant ac frūmentum *immātūrum* carpere incipiunt.

immō Nōn!: Pulcher? *Immō* fōrmōsus est nāsus tuus.

immortālis –e ↔mortālis –e: Hominēs mortālēs nāscuntur ac moriuntur, Deus *immortālis* semper vīvit.

impār –aris ↔pār: Quīntus mīrātur quod pedēs, quī herī parēs erant, hodiē tam *imparēs* sunt.

impatiēns –entis <in-patiēns, nōn patiēns: Iūlius *impatiēns* "Tacē, Orontēs!" inquit, "Omnēs illam fābulam nōvimus."

impendēre suprā pendēre: "Tempestās quidem dēsiit, sed multa alia perīcula nōbīs impendent, ut saxa quibus nāvēs franguntur."

imperāre ↔pārēre: Dominus *imperat.* Servus pāret.

imperātīvus –ī ***m*** <imperat: 'Vōcā' *imperātīvus* est.

imperātor –ōris ***m*** dux quī vīcit: Hostibus proeliō victīs, dux ā mīlitibus *imperātor* salūtātur.

imperfectum –ī ***n*** tempus verborum actionem praeteritam continuam significans: 'Illūstrābat, illūstrābātur' est praeteritum *imperfectum* est.

imperium –ī ***n*** Id quod imperātur: Mercurius *imperia* deōrum ad hominēs portat.

imperium –ī n terrae quae imperantur: *Imperium* Rōmanum magnum est.

impetus –ūs ***m*** incursio contra hostem: Ecce equitātus noster in hostēs *impetum* facit.

impiger –gra –grum industrius (↔piger): Sextus puer probus est ac tam *impiger* quam apis.

implēre –ēvisse –ētum plēnum facere: Magnī flūctūs nāvēs aquā *implet* possunt.

implicāre –uisse –itum capere plagā, involvere: "Alter alterum in rēte *implicāre* cōnātur."

impluvium –ī ***n*** cavum in pavimento atrii in quo aqua inest: In vīllā Iūliī magnum ātrium est cum *impluviō*.

impōnere < in-ponit: Pāstor laetus ovem in umerōs *impōnit* eamque portat ad cēterās ovēs, quae sine pāstōre in campō errant.

imprimere –pressisse –pressum < in + premere: Magister epistulam signat ānulum suum in cēram *imprimēns.*

improbus –a –um ↔probus –a –um: "Mārcus puer probus nōn est; Mārcus est puer *improbus*!"

īmus –a –um īnfimus: In triclīniō sunt trēs lectī, lectus summus, medius, *īmus*, et mēnsa in mediō.

in significat locum intra: Rōma *in* Italia est.

incertus –a –um nōn certus: Titus nōn certus, sed *incertus* est.

incipere –iō coepisse coeptum initium facere: Autumnus ā Septembrī *incipit*.

inclūdere –sisse –sum claudere in: "Dūc eum in cubiculum eius, Dāve, atque *inclūde* eum!"

incola –ae *m/f* quī/quae incolit: Nec sōlum nautae, sed etiam *incolae* ōrae maritimae īnsulārumque in metū erant.

incolere habitāre: Germānī sunt hominēs quī Germāniam *incolunt*.

incolumis –e salvus, integer: Plērīque autem mīlitēs nostrī ex tantō proeliō *incolumēs* sunt.

inconditus –a –um nōn ōrdinātus, rudis, sine arte: Pars ōrātiōnis significāns mentis affectum vōce *inconditā*.

inde illinc: Orpheus etiam ad Īnferōs dēscendit ut uxōrem suam mortuam *inde* redūceret.

indēclīnābilis –e quī dēclīnārī nōn potest: 'Māne' est vocābulum neutrum *indēclīnābile*.

indicātīvus –ī *m* modus verbī quī indicat facta: 'Vocat' *indicātīvus* est.

indignus –a –um nōn dignus: "Iam satis audīvī dē pugnā vestrā *indignā*."

indoctus –a –um nōn doctus: Puerī adhūc *indoctī* sunt.

induere –uisse –ūtum vestimenta in se ponere: Mārcus prīmum tunicam *induit*, deinde togam.

industrius –a –um ↔ piger –gra –grum: Sextus discipulus nec stultus nec piger est, sed prūdēns atque *industrius*.

inermis –e ↔armātus: "Equidem nōn *inermis* occīdar. Sī praedōnēs mē armīs petīverint, omnibus vīribus repugnābō!"

inesse in…est: "Quid *inest* in saccīs?"

inexspectātus –a –um nōn exspectatus: Hospitēs sunt amīcī quōrum alter alterum semper bene recipit domum suam, etiam sī *inexspectātus* venit.)

īnfāns –antis *m/f* homo modo natus: Parvulus *īnfāns* in cūnīs cubāre solet.

īnfēlīx –īcis <fēlīx, nōn fēlīx: "Postrēmō rēx miser deum ōrāvit ut mūnus illud *īnfēlīcīx* revocāret."

īnferior –ius < īnfrā, quī sub rē: Mihi dolet pars tergī *īnferior* in quā sedēre soleō.

īnferus –a –um ↔superus –a –um: Mare īnfra Italiam situm 'mare *Īnferum*' appellātur.

īnfēstus –a –um ↔tūtus –a –um: Ōlim cūncta maria tam *īnfēsta* erant praedōnibus ut nēmō nāvigāret sine māximō perīculō mortis aut servitūtis.

īnfīdus –a –um fīdus: "Posthāc servō Graecō nūllī cōnfīdam, neque enim fidē meā dignī sunt – *īnfīdus* et nēquam sunt omnēs!"

īnfimus –a –um quī infra est: Sī in *īnfimō* āere prope mare volābis, pennae ūmidae fīent.

īnfīnītīvus –ī *m* modus verbī sine personā et numerō: 'Vocāre', 'vidēre', 'accurrere', 'audīre' *īnfīnītīvus* est.

īnflectere dēclīnāre, terminātiōnēs adicere: Sex, quem ad modum et nōminum, per quōs omnium generum prōnōmina *īnflectuntur*…

īnfluere movēre ut aqua in rem: 'Ōs' flūminis dīcitur is locus quō flūmen in mare *īnfluit*.

īnfrā ↔suprā: *Īnfrā* oculōs genae sunt.

ingenium –ī *n* nātūra animi: "Ovidius poēta, quī *ingenium* mulierum tam bene nōverat quam ipse mulierēs, ratiōnem reddit hōc versū…"

ingēns –entis valdē magnus: Daedalus igitur arte mīrābilī sibi et fīliō suō ālās *ingentēs* cōnfēcit ex pennīs.

inhūmānus –a –um ↔crudelis: Etsī dominus sevērus exīstimātur, tamen *inhūmānus* nōn est.

inimīcus –ī *m* ↔amīcus –ī *m*: Servus bonus et servus malus nōn amīcī, sed *inimīcī* sunt.

initium –ī *n* ↔ finis: Māne fīnis noctis est atque *initium* diēī.

iniūria –ae *f* factum iniūstum: "Nē servō quidem *iniūriam* facere oportet, sed necesse est servōs īnfīdōs aut fugitīvōs sevērē pūnīre, nec enim quidquam nisi poena sevēra eius generis servōs ā maleficiīs dēterrēre atque in officiō tenēre potest."

iniūstus –a –um ↔iūstus: "Servus dominum *iniūstum* ōdit, iūstum et sevērum metuit, nōn ōdit."

inopia –ae *f* ↔cōpia: Ita māxima *inopia* frūmentī facta est.


inquit –iunt dīcit: Iūlius Mārcō pānem dāns "Prīmum ēs pānem" *inquit*, "deinde mālum!"

īnscrībere scrībere in: "Tūne solēs nōmina aliēna *īnscrībere* in tabulā tuā?"

īnstruere –ūxisse –ūctum aciem facere: Cum agmen ad hostēs pervēnit, sī tempus et locus idōneus est ad pugnandum, cohortēs in trēs ōrdinēs *īnstruuntur*.

īnstrūmentum –ī *n* quod prō usū: Arātrum est *īnstrūmentum* quō agrī arantur.

īnsula –ae f terra aquā cincta: Crēta est *īnsula* magna.



integer –gra –grum ↔ruptus –a –um: Fortasse magister aliquid scrīpsit dē Mārcō? Signō *integrō*, nēmō scit."

intellegere –ēxisse –ēctum scīre: Quī vocābulum fortis scit, vocābulum fortiter quoque *intellegit*.

inter in spatiō dividendō: Via Latina est *inter* Rōmam et Capuam.

interdum nōnnumquam: Cōnsonantēs *br, gr, cr, tr,* quae initium syllabae facere solent, *interdum* dīviduntur.

intereā interim: *Intereā* Lydia genua flectit et Deum precātur ut sē adiuvet.

interesse inter + esse: Italia inter duo maria *interest*.

interficere mortuum facere: "Cupis audīre fābulam dē Achille, quī Hectorem *interfēcit*?"

interiectiō –ōnis *f* pars ōrātiōnis significāns mentis affectum vōce inconditā: Nōmen, prōnōmen, verbum… coniūnctiō, praepositiō, *interiectiō*.

interim dum haec aguntur: *Interim* Aemilia ātrium intrat.

internus –a –um <intrā, quī intrā est: Ex eō tempore rārō fit ut nāvis praedōnum in marī *Internō* appāreat.

interpellāre dīcere aliquid dum alter dīcit: Magister discipulum *interpellat*.

interpellāre loquī ante alius finem facit: "Omnēs mē *interpellant*, praeter tē Aemilia."

interrogāre dīcere 'quid?', 'cur?', 'ubi?', etc.: Aemilia *interrogat:* "Quis mē vocat?"

intrā *prp + acc* ↔extrā: Iānitor *intrā* iānuam sedet cum cane suō.

intrāre īre in locum: Mēdus per ōstium *intrat* et amīcam suam salūtat.

intuērī spectāre: Mēdus faciem Lydiae *intuitur* et "Nonne gaudēs?" inquit.

intus ↔ forīs: "Trīstis sum, quod mihi necesse est *intus* cubāre, dum aliī puerī forīs lūdunt."

invalidus –a –um ↔validus: “At etiam nunc patrī licet īnfantem suum *invalidum* in montibus expōnere.”

invehere in + vehere: Magna cōpia frūmentī ex Āfricā in Italiam *invehitur.*

invenīre reperīre: Daedalus in labyrinthō inclūsus errābat nec exitum *invenīre* potest.

invidēre inimīcus esse ob bonum aliēnum: “Cum Arīōn ex Italiā in Graeciam nāvigāret magnāsque dīvitiās sēcum habēret, nautae pauperēs, quī hominī dīvitī *invidēbant*, eum necāre cōnstituērunt.”

invidia –ae *f* <invidēre, actum invidendī: “Ita deōrum *invidia* āvertī posse spērābat.”

invocāre vocāre in: “Cūr Neptūnum *invocās*” inquit Mēdus, “Prope tranquillum est mare.”

iocōsus –a –um quī rīsum excitat, rīdiculus: “Quīn versūs *iocōsōs* recitās nōbīs?”

ipse –a –um pronomen significans intentionem: Ovis nōn lupum *ipsum* videt.

īra –ae *f* animus īrātus: Dīcimus enim ad patrem, apud vīllam, ante domum…ob *īram*.

īrātus –a –um <ira -ae: Mārcus laetus nōn est – Mārcus *īrātus* est.

īre eō iisse movēre ab locō ad locum: Cornēlius nōn Rōmam, sed Tūsculum *it*.

is ea id pronōmina personalia masculīnum, feminīnum, et neutrum: Mēdus discēdit, quia *is* pecūniam dominī in sacculō suō habet!

is ea id tertiae personae pronomen personale: Iūlius Quīntum ad sē vocat et *eō* mālum dat.

iste –a –ud ille ____ apud tē: “*Istud* pallium nōn est magnī pretiī.”

ita eō modō: *Ita* quodque vocābulum cuiusque sententiae ā discipulō l egitur.

itaque ita, sic, ergo: Dominus servōs malōs baculō verberat; *itaque* servī malī dominum et baculum eius timent.



Mārcus faciem lavat

item etiam: Mārtius ūnum et trīgintā diēs longus est (et *item* Māius, Iūlius, Augustus, Octōber).

iter itineris iēns procul: “Nūper longum *iter* fēcī in Graeciam.”

iterum rūrsus: Lydia *iterum* magnā vōce Chrīstum invocat.

iubēre iussisse iussum imperāre: Iūlius servum suum Tūsculum īre *iubet*.

iūcundus –a –um quī dēlectat: “Sī necesse est in agrīs labōrāre, vīta rūstica nōn *iūcunda*, sed molesta est.”

iungere iūnxisse iūnctum ↔ dīvidere: Cōnsonāns per sē syllabam nōn facit, sed semper cum vōcālī in eādem syllabā *iungitur*.

iūs iūris *n* quod licet et iūstum est: “Neque quisquam mē accūsābit sī servum meum cruciāverō aut interfēcerō, id enim est *iūs* dominī Rōmānī.”

iūstus –a –um ↔iniūstus: “Servus dominum iniūstum ōdit, *iūstum* et sevērum metuit, nōn ōdit.”

iuvāre iūvisse iūtum auxilium ferre: “Ipsī per nōs hinc effugere nōn possumus, neque quisquam nōs in fugiendō *iuvāre* poterit.”

glaciēs -ēī *f*



iuvenis –is *m* vir circiter XXX annōrum: “*Iuvenis* est Mēdus: quid nōn faciunt *iuvenēs* amōris causā?”

iūxtā *prp* + *acc* apud: Mārcus in cubiculō suō, quod *iūxtā* cubiculum Quīntī est, magnā vōce clāmat.


kalendae –ārum *f* primus dies mensis: Diēs mēnsis prīmus *'kalendae'* nōminātur.

lābī lāpsum cadere: Dē oculīs Lydiae lacrimae *lābitur*.

labor –ōris *m* opus: Quamquam nūllō modō *labor* agricolārum sordidum indignumve esse exīstimat, tamen sē prae agricolīs beātum esse cēnset.

labōrāre opus facere (↔quiēscere): Iūlius gavīsus est quod ipsī, ut dominō dīvitī, nōn necesse est in agrīs *labōrāre*.

labrum –ī *n* pars corporis circum ōs: Ōs est inter duo *labra*.



labyrinthus –ī *m* magnum aedificium quod frequentibus mūrīs in plūrimās partēs dīviditur: Mīnōtaurus in magnō *labyrinthō* habitābat.

lac lactis *n* liquor albus ex mammis: Īnfāns *lac* mātris bibit.

lacertus –ī *m* bracchium superius: Igne cēram molliam, cērā mollī pennās iungam et in *lacertīs* fīgam.”

lacrima –ae *f* quae fluit ex oculis quando homo lacrimat: Puella lacrimat: in oculīs eius sunt *lacrimae.*

lacrimāre ↔ridet: Puella *lacrimat*: in oculīs eius sunt lacrimae.

lacus –ūs *m* aqua magna terrīs cincta: Hieme Germānī puerī super glaciem *lacī* lūdere possunt.

laedere –sisse –sum pulsandō vulnerāre, nocēre (eī): “Sextus quidem hodiē nāsō turgidō atque cruentō ē lūdō rediit, cum certāvisset cum quibusdam puerīs quī eum *laeserant*.”

laetārī laetus esse, gaudēre: Mēdus *laetat* neque iam dominum suum sevērum verētur.



laetitia –ae *f* < laetus, sensus laetus: “*Laetitia* vestra mē nōn afficit.”

laetus –a –um ↔tristis, delectus: Iūlia cantat. Iūlia *laeta* est.


laevus –a –um sinister, ↔dexter: “Quid hoc est? Pes dexter multō māior est quam pēs *laevus*!”

lāna –ae *f* capillus ovis: Praettereā *lānā* ovium ūtuntur hominēs, nam ē *lānā* vestēs efficiuntur.

largīrī multum dare: “Largus nōn es, magister. Pecūniam tuam nōn *largīris*.”

largus –a –um quī multum dat: “*Largus* nōn es, magister. Pecūniam tuam nōn largīris.”

latēre sē occultāre, occultārī: “Etiam sī adhūc Rōmae *latet*, difficile erit servum fugitīvum in tantā urbe reperīre.”



lectīca

Latīnus –a –um Rōmanus (<Latium); regiō circum Rōmam: C et D litterae *Latīnae* sunt.

lātrāre dīcere “bau, bau” ut canis: Lupus ululat. Canis *lātrat*. Ovis bālat.

lātus –a –um ad latera extendens: “Ea via centum pedēs *lāta* est.”

latus –eris *n* pars dextra aut sinistra corporis sub bracchium: Quīntus nec dormīre potest sīve in *latrō* dextrō cubat sīve in *latrō* sinistrō.


laudāre dīcere ‘bene facis!’: Magister Titum et Sextum *laudat*: “Vōs rēctē respondētis, Tite et Sexte.”

laus laudis *f* verba laudantia: “Hāc epistulā nūlla *laus* continētur, nec enim puer piger *laudem* meret!”

lavāre lāvisse lautum purum facere: Mārcus prīmum manūs *lavat*, deinde faciem.

lectīca –ae *f* vehiculum quod servis portatur: Dominus in *lectīcā* est.

lectulus –ī *m* parvus lectus: In lūdō estis – nōn domī in *lectulīs!*



lectus –ī *m* Locus ubi homo ēst aut dormit: Aemilia Quīntum ā Iūliō in *lectō* pōnī aspicit.

lēgātus –ī *m* nūntius pūblicus: Hodiē *lēgātus* ā Germānīs missī ad castra vēnērunt, ut cum imperātōre colloquerentur.

legere lēgisse lēctum verba vidēre et ea intellegere: Quī litterās nescit *legere* nōn potest.

legiō –ōnis *f* sex milia mīlitum et auxilia: Exercitus Rōmānus ūniversus cōnstat ex *legiōnibus* duodētrīgintā, quae in dēnās cohortēs dīviduntur.

legiōnārius –a –um mīles legiōnārius: *Legiōnāriī* sunt peditēs scūtīs, gladiīs pīlīsque armātī.



leō –ōnis *m* Rex bestiarum: *Leō* et lupus sunt bēstiae ferae.

levāre tollere: Īcarus studiōsus volandī ālās mōvit, nec sē suprā humum *levāre* potuit.

levis –e ↔gravis: Gladius brevis et *levis* est.



lēx lēgis *f* morēs cīvīum descriptae: "Servum aliēnum necāre nōn licet, ut scrīptum est in *lēge*, nec vērō ūlla *lēx* dominum vetat servum suum improbum interficere."

libellus –ī *m* parvus liber: "Sed ipsa male nārrō: ex hōc *libellō* recitābō tibi aliquid."

libenter cum gaudiō: "*Libenter* faciam, sed iam nimis obscūrum est hoc triclīnium."

liber –brī m aliquid scriptum in multīs iunctīs paginīs: <u>Lingua Latina per se Illustrata</u> est *liber* Latīnus.

līber –era –erum solutus –a –um: Quis est tam *līber* quam avis quae trāns montēs volāre potest.

līberāre līberum facere: Lībertīnus est quī servus fuit et *līberātus* est.

libēre placēre: "Mihi nōn *libet* spectāre lūdōs istōs ferōcēs."

līberī –ōrum m pl puerī et puellae parentium: In familiā Iūliī sunt trēs *līberī*

lībertās –ātis *f* < līber, ↔servitudo: Novā *lībertās* dēlectātī pater et fīlius in magnum orbem suprā mare Aegaeum volāre coepērunt.




lībertīnus –ī *m* quī servus fuit: *Lībertīnus* est quī servus fuit et līberātus est.

licēre rectus esse: Hīc in lūdō nōn *licet* dormīre!

ligneus –a –um ex lignō factus: Quī rēs ferreās vel *ligneās* facit, faber appellātur.

lignum –ī *n* materia dura ex arboribus: Tabellārius baculō *lignō* forēs pulsat atque clāmat: "Heus!"

līlium –ī *n* flōs albus: In hortīs sunt rosae et *līlia*



līmen –inis *n* quod sub ianuam: Sub foribus est *līmen*, in quō SALVE scrīptum est.


līnea –ae *f* id quod margaritas tenet: Etiam *līnea* cum margarītīs ōrnāmentum est.

lingua –ae *f* pars corporis intra ōs quā gustāre: In ōre *lingua* et dentēs īnsunt.

littera –ae f pars minima verbī, ut "a, b, c…": A et B *litterae* sunt.

litterae –arum *f pl* epistula: "Missa est ā magistrō Diodōrō. Nōlō hās *litterās* legere.

lītus –ōris *n* ora, terra prope mare: Māne Ariadna ē somnō excitāta amīcum in *lītōre* quaesīvit neque eum repperit.



locātīvus –ī *m* casus qui aliquid aut aliquem in loco esse significat: *Locātīvus*: Rōmae, Tūsculī, Capuae.

locus –ī *m* positio: 'Ōstium' sīve 'ōs' flūminis dīcitur is *locus* quō flūmen in mare īnfluit.

longus –a –um tendens in spatium aut tempus: "Nōn via *longa* est Rōmam, ubi amīca habitat mea pulchra!"

loquī locūtum verba facere, ↔ tacēre: Dum gubernātor *loquitur*, Mēdus caelum spectat.

lūcēre lūxisse splendēre, lucem facere: Itaque sōl *lūcet* in campō.

lucerna –ae *f* quī lucem domī facit: "*Lucernās* accendite, servī!"

lucrum –ī *n* pecūnia merita: Ita spērābat sē magnum *lucrum* factūrum esse.

luctārī certāre complectendīs corporibus: Quae in –r dēsinunt ut passīva, sed eā dēmptā Latīna nōn sunt, ut *luctor*.

lūdere –sisse ludum habēre: Iūlia pilam tenet et cum puerīs pilā *lūdere* vult.




lūdus –ī *m* < lūdere, actum lūdentis: "Cum puerī lūdunt, haud multum interest inter *lūdum* et certāmen."

lūdus –ī *m* quō discipuli discunt: Mārcus Tūsculum ambulat – illīc est *lūdus* puerōrum.

lūgēre lūxisse maerēre (ob alicuius mortem): "Illō occīsō spectātōrēs plaudere dēsiērunt ac *lūgēre* coepērunt."

lūna –ae *f* orbis caelestis Dianae: Nocte sōl nōn lūcet, sed *lūna* et stēllae lūcent.



lupus –ī *m* canis non domesticus sed ferus: *Lupus* in silvā cibum quaerit, dum pāstor et canis ovem nigram quaerunt.

lūx lūcis *f* quae lustrat: *Lūx* lūnae ā sōle venit.

maerēre ↔gaudēre, tristissimus esse: Ariadna vestem scindēbat, ut hominēs quī *maeret* agere solent.

maestus –a –um maerēns, trīstis: Nōn mīrum est eum *maestum* esse.

magis ↔ minus: "Nēminem *magis* amābō quam parvulam fīliam."

magister –trī *m* quī discipulōs docet: *Magister* lūdī est vir Graecus.

magnificus –a –um magnus et pulcher: In Palātiō sunt domūs *magnificae.*

magnus –a –um ↔parvus, abundans magnitudine: Rhēnus nōn est fluvius parvus, sed fluvius *magnus.*

māior –ius *comp* potius magnus (v. magnus –a –um): Quīntus *māior* est quam Iūlia et minor quam Mārcus.

male ↔bene: Quī oculōs malōs habet *male* videt.

maleficium –ī *n* malum factum: "Nōnne hoc beneficium potius quam *maleficium* esse tibi vidētur?"

mālle māluisse magis velle: "Nōlī putāre mē servīre *mālumus*, nam ego quoque līber nātus sum, nec quisquam quī līber fuit lībertātem spērāre dēsinit."



malum –ī *n* mala rēs; m. dare tibi: tē pūnīre: "Titus tibi mālum dare nōn potest, at ego tibi *malum* dare possum, nisi hīc et nunc Titō librum reddis!"

mālum –ī *n* pomum rubrum: Iūlius Mārcō *mālum* dat.


malus –a –um ↔bonus: Mēdus est *malus* servus quī nummōs dominī in sacculō suō habet.


mamma –ae *f* mater: "*Mamma*! Mārcus mē pulsat!"

māne *indēcl n* prīma pars diēī: Prīma pars diēī est *māne.*

manēre mānsisse nōn abīre: Aemilia nōn abit, sed apud marītum *manit.*









MAGISTER ET DISCIPVLI












MILES ROMANVS



manus –ūs *f* pars corporis in bracchio quae digitīs tenet: In bracchiō est *manus*.
mare –is *n* Aqua magna et salsa: Neptūnus deus *maris* est.
margarīta –ae *f* saxum album quod in linea ornamentum facit: Gemmae et *margarītae* sunt ōrnāmenta.
maritimus –a –um ad mare situs: Alia oppida *maritima* quae magnōs portūs habent sunt Brundisium, Arīminum, Genua.
marītus –ī *m* vir, quī uxore coniungitur: Iūlius *marītus* Aemiliae est.
masculīnum –ī n <masculus (vir), genus nōminum: ‘Servus’ est vocābulum *masculīnum*
māter –tris f parens fēminea; fēmina quae līberōs habet: Aemilia est *māter* Mārcī et Quīntī et Iūliae.
māteria –ae *f* quā rēs efficitur: Cēra est *māteria* mollis quam apēs, bēstiolae industriae, faciunt.
mātrōna –ae *f* fēmina quae marītum habet: Mātrēs familiās Iūnōnem invocant, ea enim dea est *mātrōnae*.
mātūrus –a –um paratus: Mēnse Augustō frūmentum *mātūrum* est.
māximus –a –um valde magnus (*sup* <magnus –a –um): *Māximus* līberōrum est Mārcus, minima est Iūlia.
mē acc <ego: “Mamma! Mamma! Mārcus *mē* pulsat!”
mēcum (<ego) cum mē: “Venī *mēcum*!”
medicus –ī *m* vir quī homines aegrōs sanat: *Medicus* est vir quī hominēs aegrōs sānat.
medium –ī *n* medius locus: In triclīniō sunt trēs lectī, lectus summus, medius, īmus, et mēnsa in *mediō*.
medius –a –um neque primus neque ultimus: “Ō Mēde! Digitus *medius* nimis magnus est.”
mel mellis *n* quod dulcissime apēs faciunt: “Ego vīnum dulce amō; semper *mel* vīnō misceō.”
melior –ius *comp* potius bonus (v. bonus –a –um): Iūlius bonus vir est, *melior* quam ūllus alius vir: Iūlius est optimus omnium virōrum!
mellītus –a –um dulcis (ut mel): “Nam *mellītus* erat suamque nōrat ipsam tam bene quam puella mātrem, nec sēsē ā gremiō illius movēbat, sed circumsiliēns modo hūc modo illūc ad sōlam dominam ūsque pīpiābat.”
membrum –ī *n* pars corporis, ut crus et bracchium: Bracchium *membrum* est et crūs *membrum* est.
meminisse memoriā tenēre (↔oblītus esse): “Nesciō quī poēta ista scrīpserit. Tūne nōmen eius *meministī*?”
memorāre nārrāre, dīcere: “In hōc librō Matthaeus dicta et fact eius *memorat*.”
memoria –ae *f* facultās meminentis: “Semper nōmina oblīvīscor, nam mala *memoria* mihi est.”
mendum –ī *n* rēs non recta; mendum facere = prāvē scrībere: “Marce, nēmō alter in tam brevī sententiā tot *menda* facit!”
mēns mentis *f* animus (cōgitāns): “Ecce aliud carmen quō *mēns* poētae amōre accēnsa dēmōnstrātur…”
mēnsa –ae *f* supellex ubi cibus ponitur: Dāvus saccullum suum in *mēnsā* pōnit.
mēnsis –is *m* pars anni XXVIII, XXX, aut XXXI dies longa: Annus in duodecim *mēnsēs* dīviditur.
mentiōnem facere memorāre: Ubi locum significat, magis accūsātīvō cāsuī servit quam ablātīvō; ubi *mentiōnem* alicuius *facimus*, ablātīvō tantum.
mentīrī falsum dīcere: Quod dīcit nōn vērum, sed falsum est: Mārcus *mentītur*.
mercātor –ōris *m* Quī emit et vēndit: *Mercātor* est homō quī emit et vēndit.
mercātōrius –a –um <mercātor, quī mercēs fert : Classēs Rōmānae, quae cūncta maria percurrunt, nāvēs *mercātōriās* atque ōram maritimam dīligenter tuentur.
mercēs –ēdis *f* pecunia quae solvitur: *Mercēs* est pecūnia quam magister quōque mēnse ā patribus discipulōrum accipit.
merēre debēre habēre: Certē magister, quī fīliōs nostrōs tam bene legere docet, mercēdem suam *meret*.
mergere –sisse –sum sub aquam ponere: “*Merge* caput in aquam!”
merīdiēs –ēī *m* hora sexta diēī: Hora sexta ‘*merīdiēs*’ nōminātur.
merum *n* (v. merus –a –um) vīnum sine aquā: Rōmānī vīnum cum aquā miscent neque vīnum *merum* bibere solent.
merus –a –um ↔mixtus: Rōmānī vīnum cum aquā miscent neque vīnum *merum* bibere solent.
merx –rcis *f* quam mercatores emunt et vendunt: Nāvēs *mercēs* in Italiam vehunt.
metere frumentum secāre: Mēnse Augustō frūmentum *metitur* et ex agrīs vehitur.
metuere –uisse timēre: Dux ab exercitū *metuitur*.
metus –ūs *m* timor: Mīles fortis sine *metū* impetum in hostem facit.
meus –a –um adiectīvum significāns possessiōnem <ego: Mēdus servus *meus* est, nōn tuus.
mī *voc* v. ego: “Ō Iūlī, *mī* optime vir!”
mihi/mī *dat* <ego: “*Mihi* quoque caput dolet!”
mīles –itis *m* qui in exercitu pugnat: Aemilius *mīles* est.
mīlia –ium *n* pl <mille: Mīlle passūs sunt quīnque *mīlia* pedum.
mīlitāre mīles esse: In exercitibus Rōmānīs etiam Hispānī et Gallī multī *mīlitant*.
mīlitāris –e <mīles, dē mīlite: Aemilius, frāter Aemiliae minor, quem suprā commemorāvimus, ā prīmā aetāte studiōsus fuit reī *mīlitāris*.
mīlle M, centum deciēs: capitulum prīmum *mīlle* vocābula habet.
minārī poenam prōmittere: “At Caesar, vir superbus, cum id parum esse cēnsēret, quīnquāgintā talenta pīrātīs obtulit, simul vērō supplicium iīs *minātus* est!”
minimē certē nōn: “*Minimē*! Bona māter semper apud īnfantem suum manēre dēbet.”
minimus –a –um valde parvus (sup <parvus –a –um): Māximus līberōrum est Mārcus, *minima* est Iūlia.
minister –trī *m* servus: Aliī servī, *ministrī* quī vocantur, cibum parātum ē cūlīnā in triclīnium portant.
minor –us *comp* potius parvus (v. parvus –a –um): Quīntus māior est quam Iūlia et *minor* quam Mārcus.
minuere –uisse –ūtum minōrem facere: “Decem annī longum est tempus, sed amor meus tempore nōn *minuitur*.”
minus *adv* ad minorem quantitatem: “Num hodiē *minus* pulchra sum quam tunc eram?”

mīrābilis –e < mīrārī: Daedalus iam antequam ex urbe Athēnīs in Crētam vēnit, complūrēs rēs *mīrābilēs* fēcerat.

mīrārī miraculum esse putāre: Quīntus *mīrātur* quod pedēs, quī herī parēs erant, hodiē tam imparēs sunt.

mīrus –a –um quod mīrantem facit: Nōn *mīrum* est eum maestum esse.

miscēre –uisse mixtum varia in unum confundere, temperāre: Rōmānī vīnum cum aquā *miscent* neque vīnum merum bibere solent.

misellus –a –um miser: "Quī, cum Quīntus herī dē altā arbore cecidisset, pedem eius turgidum vix tetigit, sed *misellō* puerō sanguinem mīsit!"

miser –era –erum ↔laetus: Ergō Iūlius *miser* erat et nocte male dormiēbat.

mittere mīsisse missum ↔recipere: Iūlius rosās aliōsque flōrēs pulcherrimōs ad eam *mittere* solēbat.

modo tantum, sōlum: Iūlius: "Iam fīlius noster nōn *modo* pede, sed etiam bracchiō aeger est."

modus –ī *m* ratio, mos: Vocābulum 'īnsula' dēclīnātur hōc *modō*.

moenia –ium *n pl* mūrī: "An fābulam dē Rōmulō, quī prīma *moenia* Rōmāna aedificāvit."


molestus –a –um ↔iūcundus: "Sī necesse est in agrīs labōrāre, vīta rūstica nōn iūcunda, sed *molesta* est."

mollīre mollem facere: "Igne cēram *molliam*, cērā mollī pennās iungam et in lacertīs fīgam."

mollis –e ↔durus: Cēra est māteria *mollēs* quam apēs, bēstiolae industriae, faciunt.

monēre dīcere 'cave': "Nōlī ad hunc canem accēdere! Iam tē *monuī*!"

mōns montis *m* ↔vallis: Post campum *montēs* sunt.



mōnstrāre ostendere digito: Lydia tabernam Albīnī digitō *mōnstrat*.

mōnstrum –ī *n* animal mirabile et terribile: "Nārrā mihi fābulam dē aliquō ferōcī *monstrō*, cui caput bēstiae et corpus hominis est."

mora –ae *f* actum exspectantis: Tum Thēseus labyrinthum intrāvit ac sine *morā* Mīnōtaurum petīvit.

mordēre momordisse morsum dentibus prehendere: "Ei! Canis mē *mordet*!" exclāmat tabellārius.

morī mortuum perīre: Hominēs mortālēs nāscuntur ac *moriuntur*, Deus immortālis semper vīvit.

mors –rtis *f* finis vitae, nex: Nāvis vēla ātra gerēbat, nam eō colōre significātur *mortis*.

mortālis –e quī morī nōn potest: Hominēs *mortālēs* nāscuntur ac moriuntur, Deus immortālis semper vīvit.

mortuus –a –um ↔ vīvus: Homō *mortuus* neque vidēre neque audīre, neque ambulāre neque currere potest.

mōs mōris *m* id quod fierī solet: "Certē pater tam inhūmānus sevērē pūniendus est, namque īnfantēs invalidōs expōnere est *mōs* antīquus atque crūdēlis."

movēre mōvisse mōtum mōtum facere: Avis quae volat ālās *movet*.

mox brevī tempore post: "Ō Aemilia! *Mox* parvulum fīlium habēbimus."

mulier –eris *f* fēmina: *Mulier* quae aliēnum īnfantem alit nūtrīx vocātur.

multī –ae –a ↔paucī –ae –a, magnus numerus: In Arabiā nōn *multī*, sed paucī fluviī sunt et pauca oppida.

multitūdō –inis *f* magnus numerus: Īcarus dēspiciēns *multitūdinem* īnsulārum mīrātus est.

mundus –a –um pūrus: Hodiē māne vestīmenta Mārcī *munda* erant atque tam candida quam nix nova.


mundus –ī *m* caelum et terra et mare: Tōtus *mundus* in potestāte Deī est, et caelum et terra et mare.

mūnīre vāllō/mūrō circumdare: Ita *mūniuntur* castra Rōmāna.

mūnus –eris *n* dōnum: Bacchus, etsī rēgem avārum *mūnus* pessimum optāvisse cēnsēbat, tamen prōmissum solvit."

mūrus –ī *m* obstructio circum oppidum facta: Circum oppida *mūrī* sunt.

Mūsa –ae *f* una novem deārum quae singulīs artibus praesunt: Masculīnum, ut hic magister, fēminīnum, ut haec *Mūsa*.



mūtāre commutationem facere: "Salvē, mī fīlī!" inquit māter, "Bonus es puer, quod statim vestem *mūtāvistī*."

mūtus –a –um quī loquī nōn potest: "Quī medicus verbīs sōlīs potest facere ut hominēs caecī videant, surdī audiant, *mūtī* loquantur, claudī ambulent?"

mūtuus –a –um ↔proprius: Cum autem tantum pecūniae nōn habērem, necesse fuit pecūniam *mūtuam* sūmere.

nam enim: Iūlius sōlus nōn est, *nam* quattuor servī apud eum sunt.

namque nam: "Certē pater tam inhūmānus sevērē pūniendus est, *namque* īnfantēs invalidōs expōnere est mōs antīquus atque crūdēlis."

nārrāre dīcere: "Nōlī mihi plūs *nārrāre* dē hāc rē!"

nārrātiō –ōnis *f* < nārrāre: Hīs verbīs Syra fīnem *nārrātiōnis* facit.


nāscī nātum ↔morī –ior mortuum esse, mundum intrāre ut īnfāns: Hominēs mortālēs *nāscuntur* ac moriuntur, Deus immortālis semper vīvit.

nāsus –ī *m* pars faciei quae odorem sentit: Syra, quae bona ancilla est, *nāsum* magnum et foedum habet.

natāre īre per aquam movendīs pinnīs: Piscēs in aquā *natant*.

nātūra –ae *f* qualitas rērum: Nēmō nisi deus *nātūram* suam mūtāre potest.

nauta –ae *m* quī in nave laborat: Is quī nāvigāre vult adit *nautam* quī bonam nāvem.



nāvicula –ae *f* parva nāvis: *Nāvicula* autem in mediō marī iactābātur flūctibus, erat enim ventus contrārius.

nāvigāre <nāvis; navem gubernāre: Portus plēnus est hominum quī in aliās terrās *nāvigāre* volunt.

nāvigātiō –ōnis *f* <nāvigāre, actum navigandī: "Līberī meī māximā laetitiā afficiuntur cum patrem suum ē *nāvigātiōne* perīculōsā salvum redīre vident."


nāvis –is *f* vehiculum aquale: Magnae *nāvēs* in Tiberī nāvigāre nōn possunt.

nē ut nōn: Pāstōris officium est cūrāre *nē* ovēs aberrent neve silvam petant.

-ne? …? (aliquid primō verbō sententiae iunctum ut faciat interrogationem): *Estne* Gallia in Eurōpā?

nec neque, et nōn: Itaque pedem aegrum habet *nec* ambulāre potest.

necāre interficere: Rēx Athēniēnsibus male volēbat, quod fīlius eius paulō ante ab iīs *necātus* erat.



nāvēs longae

necessārius –a –um <necesse, quod necesse est: Longus somnus īnfantī tam *necessārius* est quam cibus.

necesse esse +*dat* *nom* + requīrere: Spīrāre *necesse* est hominī.

negāre dīcere 'nōn vērum esse'; + *dat* = dare nōlle: "Hocine *negāre* audēs?"

neglegēns –entis quī officium neglegit: "Rēctē dīcis – nam pigrī ac *neglegentēs* sunt omnēs!"

neglegere –ēxisse –ēctum ↔cūrāre: "Itane īnfantēs suōs *neglegit*?"

negōtium –ī *n* officium, opus: Agricola est vir cuius *negōtium* est agrōs colere.

nēmō –inem –inī nūllus homō: *Nēmō* piscēs flūminum et marium numerāre potest.

nēquam *adi indēcl* improbus: Cūra pecoris magnum est negōtium, nōn ōtium, ut pāstōrēs *nēquam* in mollī herbā dormientēs putant.

neque/nec et nōn: Iūlius Quīntum nōn audit *neque* venit.

neque…neque ↔et…et: Servī autem *neque* māla *neque* pira habent.

nescīre nōn scīre: Magister puerōs docit, nam is multās rēs scit quās puerī *nesciunt*.


neu nē-ve: Item gubernātor multīs verbīs Mēdō dissuādēre cōnātur nē gladium ēdūcat *neu* praedōnibus vī et armīs resistat.

neuter –tra –trum neque unus neque alter: *Neutrum* cubiculum magnum est.

neutrum –ī n nec masculīnum nec fēminīnum, genus nōminum: 'Oppidum' est vocābulum *neutrum*.

nex necis *f* <necāre, mors, finis vitae: "Haec sunt quae nārrantur dē *nece* Mīnōtaurī."

nīdus –ī *m* Domus avium: Avēs *nīdōs* faciunt in arboribus.



nīdus

niger –gra –grum ↔albus –a –um: Pāstor nōn sōlus est, nam canis niger cum eō est et centum ovēs: ūna ovis *niger* et ūndēcentum ovēs albae.

nihil/nīl nulla rēs: Puer aegrōtāns *nihil* ēsse potest.

nīl <nihil: "*Nīl* recitās – et vīs, Māmerce, poēta vidērī."

nimis maximum, ↔parum: "Id *nimis* magnum pretium est!"

nimium nimis magnum: "Tacendum est, nōn bibendum! Iam *nimium* bibistī."

nimius –a –um plūs quam necesse est: "Sānē nōn *nimium* praemium prōmittis!"

nisi sī nōn: "Ego tibi malum dare possum, *nisi* hīc et nunc Titō librum reddis!"

niveus –a –um ut nix, albus: "Thāis habet nigrōs, *niveōs* Laecānia dentēs."

nix nivis *f* aqua alba et gelata quae dē caelō cadit: Hieme nōn sōlum imber, sed etiam *nix* dē caelō cadit.

nōbilis –e multīs nōtus: Arīōn, vir *nōbilis* Lesbī nātus, tam pulchrē fidibus canēbat ut alter Orpheus appellārētur.

nocēre + *dat* ↔prōdesse: Nec quidquam iīs magis *nocet* quam imber et frīgus.

nōlī –īte imp <nolle: "*Nōlī* abīre! Tēcum colloquī volō."

nōlle nōluisse nōn velle: "Sorōrem habēre *nōlō*!"

nōmen –inis *n* titulus quo homo vocatur: *Nōmen* patris est 'Iūlius'.

nōmināre < nōmen: Mēnsis September *nōminatur* ā numerō septem.

nōminātīvus –ī *m* cāsūs significans subiectum sententiae: 'Mārcus' *nōminātīvus* est.

nōn verbum quod significat sententiam contrariam: Rōma *nōn* est in Graeciā.

nōnae –ārum *f* nonus dies ante idus: Diēs nōnus ante īdūs dīcitur '*nōnae'*.

nōnāgēsimus –a –um XC (90.): "Iuvenēs sumus ut Paris, nōn senēs ut Nestor, dux Graecōrum senex, quī ad *nōnāgēsimum* annum vīxit."

nōnāgintā XC: In sacculō Mēdī *nōnāgintā* sēstertiī īnsunt.

nōndum adhūc nōn: Cēterī discipulī *nōndum* adsunt.

nōngentī –ae –a DCCCC: Sextus: "…quīngentī, sescentī, septingentī, octingentī, *nōngentī*, mīlle."

nōnne initium quaestionis exspectans responsum "certe!": *Nōnne* fōrmōsus est nāsus meus?

nōnnūllī –ae –a haud paucī, complūrēs: *Nōnnūllī* in terrās aliēnās nāvigant, quod mercēs pretiōsās nautīs crēdere nōlunt.

nōnnumquam haud rārō, satis saepe: "Ita *nōnnumquam* vīta beāta morte miserrimā fīnītur."

nōnus –a –um IX: Annus in duodecim mēnsēs dīviditur, quibus haec sunt nōmina: Iānuārius, mēnsis prīmus; Februārius, secundus…September, *nōnus*.

nōs nōbīs I pers. pl. pronomen personale: *Nōs* iānuam pulsāmus cum ad lūdum venīmus.



lūna nova dīmidia plēna

nōscere nōvisse ↔ ignōrāre, scīre: "Omnia ignōrō. Dum hīc sōlus cubō, nihil *nōscere* possum."

noster –tra –trum meus et tuus: "Iam filius *noster* nōn modo pede, sed etiam bracchiō aeger est."

nota –ae *f* quō aliquid notātur: Haec *nota* syllabam brevem significat, haec syllabam longam.

nōtus –a –um quī gnoscitur, ↔ignotus: "Quisnam est Arīōn?" inquit, "Nē nōmen quidem mihi *nōtus* est."

novem IX: Ūnus, duo, trēs, quattuor, quīnque, sex, septem, octō, *novem*, decem.

novus –a –um ↔antīquus –a –um: Ecce duo librī Latīnī: liber antīquus et liber *novus*.

nox noctis *f* ↔ diēs: *Nox* est tempus ā vesperō ad māne.

nūbere –psisse –ptum alicuius uxor fierī: "Catullus Lesbiam uxōrem dūcere cupiēbat, nec vērō illa Catullō *nūpsit*."

nūbēs



nūbēs –is *f* molles alba in caelo de qua imber cadit: In caelō sōl et *nūbēs* sunt, sed suprā hunc campum caelum sine nūbibus est.

nūbilus –a –um ↔serēnus: Caelum *nūbilum* suspiciēns gubernātor optat ut ventus in adversum vertātur.

nūdus –a –um sine vestimentīs: Corpus Marcī *nūdus* est (id est sine vestīmentīs).

nūgae –ārum *f* rēs stultae: "Nōlumus istās *nūgās* audīre. Ēbrius es!"

nūllus –a –um nōn alius: In sacculō Dāvī *nūllī* nummī sunt.

num? certē nōn…?: *Num* Crēta oppidum est?

numerāre computare; dicere "unus, duo, tres, etc.": Iūlius pecūniam *numerat*: "Ūnus, duo, trēs…"

numerus –ī m quod numeratur, ut I, II, III, IV, etc. : I parvus *numerus* est.

nummus –ī *m* pars metallī parva et rotunda; pecunia: “Quot *nummī* sunt in sacculō tuō?”


nummus

numquam nūllō tempore, ↔ semper: “Cūr ego semper ā tē reprehendor, *numquam* laudor?”

nunc hōc tempore: *Nunc* autem mēnsis prīmus est Iānuārius.

nūntiāre (verba) afferre: “Ergō vōs mihi aliquid dē rēbus urbānīs novissimīs *nūntiābitis*.”

nūntius –ī *m* Is quī verba portat (inter hominēs): Mercurius imperia deōrum ad hominēs portat, is enim *nūntius* deōrum est.

nūper paulō ante, nōn longum tempus ante: “Vidēsne pallium meum novum, quod *nūper* magnō pretiō ēmī, scissum esse ā cane tuō?”

nūtrīx –īcis *f* fēmina quae aliēnum īnfantem alit: Mulier quae aliēnum īnfantem alit *nūtrīx* vocātur.

nux nucis *f* fructus durus siccusque cum crustā, ut glans: Prīmum ōva convīvīs appōnuntur; deinde piscēs cum holeribus; sequitur caput cēnae: porcus quem Iūlius ipse ē grege ēlēgit; postrēmō mēnsa secunda: *nucēs*, ūvae, varia genera mālōrum.

nux nucis *f*


ō! interiēctio significans aliquid mirum: “*Ō* Iūlia, mea parva fīlia!”

ob *prp + acc* propter: Cūr pallet puer? Pallet *ob* timōrem.

oblīvīscī –lītum + gen nōn meminisse: Quis tam facile prōmissum *oblīvīscuntur* quam vir quī fēminam amāvit?

oboedīre pārēre: “Quis est ille dominus tuus cui mare et ventī *oboedīre* videntur?”

obscūrus –a –um ↔ clārus: Cētera pars lūnae *obscūra* est.

occidēns –entis *m* pars caelī ubi sol occidit: Partēs caelī sunt quattuor: oriēns et *occidēns*, merīdiēs et septentriōnēs.

occīdere –disse –sum interficere (gladiō): “Hodiē certē Mīnōtaurum *occīdō* atque cīvēs meōs servābō.”

occidere –disse ↔orīrī: Occidēns est pars caelī quō sōl *occiditur*.

occultāre ↔ ostendere: Parvae avēs canere nōn audent, et inter folia arborum sē *occultant*.

occurrere –risse + *dat* obviam īre: Tum vērō Syra dominae in ōstiō *occurrit*.

ōceanus –ī m magna aqua inter continentēs: *Ōceanus* Atlanticus magnus est.

ocellus –ī *m* (parvus) oculus: “Tuā nunc operā meae puellae flendō turgiduī rubent *ocellī*!”

octāvus –a –um VIII: Annus in duodecim mēnsēs dīviditur, quibus haec sunt nōmina: Iānuārius, mēnsis prīmus; Februārius, secundus…Augustus, *octāvus*.

octingentī –ae –a DCCC: Sextus: “…quīngentī, sescentī, septingentī, *octingentī*, nōngentī, mīlle.”


octō VIII: Ūnus, duo, trēs, quattuor, quīnque, sex, septem, *octō*, novem, decem.

octōgintā LXXX: “Tanta gemma sōla *octōgintā* sēstertiīs cōnstat.”

oculus –ī *m* pars corporis quā vidēre: Puella lacrimat: in *oculīs* eius sunt lacrimae.

ōdisse ↔amāre: “Servī enim dominum clēmentem amant, sevērum *ōdērunt*.”

odium –ī *n* ↔amor: “Ecce duo versūs quī mentem poētae dolentem ac dubiam inter amōrem et *odium* dēmōnstrant.”

oculus


offerre obtulisse oblātum sē datūrum esse dīcere/ostendere: “Sī necesse erit, decem mīlia sēstertium praedōnibus *offerre* possum.”

officium –ī *n* munus, quod facere oportet: “Sīve īnfāns valet sīve aegrōtat, māter eum cūrāre dēbet – hoc est mātris *officium*!”

ōlim aliquō tempore, tempore antīquō: In īnsulā Crētā *ōlim* vīvēbat mōnstrum terribile.

omnis –e ↔nūllus: Is servus cum puerīs īre solet *omnēs* rēs eōrum portāns.

opera –ae *f* cura, diligentia: “Profectō fīlius meus nōn *operā* medicī sānābitur.”

operīre –uisse –rtum tegere ut cum veste: Autumnō folia dē arboribus cadunt et terram *operit*.

opēs –um *f* dīvitiae: “Semper pauper eris, sī pauper es, Aemiliāne. Dantur *opēs* nūllīs nunc nisi dīvitibus.”


oportēre necesse est, convenit: “Nōndum tibi respondeō, quod prīmum cōgitāre *oportet*.”

opperīrī –rtum exspectāre: Sī āēr tranquillus est, necesse est ventum *opperīrī*.

oppidum –ī n locus ubi multī homines habitant, minor quam urbs: Brundisium *oppidum* est.

oppugnāre pugnāre contrā: Germānī exercitum nostrum *oppugnant*.

optāre cupere: “In quādam urbe Asiae ōlim vīvēbat rēx quīdam avārus, nōmine Midās, quī nihil magis *optat* quam dīvitiās…”


oppidum

optātīvus –a –um <optāre, modus verbī: Indicātīvus, ut legō, imperātīvus, ut lege, *optātīvus*, ut utinam legem…

optimus –a –um valde bonus (*sup* < bonus –a –um): Iūlius bonus vir est, melior quam ūllus alius vir: Iūlius est *optimus* omnium virōrum!

opus –eris *n* labor: “Ālās quoque cōnficere possum, quamquam *opus* haud facile est.”

opus esse necesse est\oportet: “Certe plūs edō quam solēbam, sed nec plūs nec minus quam *opus* est.”

ōra –ae *f* terra maritima: In *ōrā* Italiae multī portūs sunt.

ōrāre precārī, petere: Colōnus ad pedēs dominī sē prōicit eumque *ōrat* ut patientiam habeat.

ōrātiō –ōnis *f* sermō *m*: Partēs *ōrātiōnis* quot sunt?

orbis –is *m* circulus: “Intuēre illam aquilam quae in magnum *orbem* circum carcarem nostrum volat!”


ōrdināre in ōrdine pōnere: Pars ōrātiōnis adnectēns *ōrdināns*que sententiam.

ōrdō –inis *m* līnea, seriēs: Talis *ōrdō* mīlitum prōgredientium dīcitur agmen.

oriēns –entis *m* ↔occidēns –entis *m*: Ea pars caelī unde sōl oritur dīcitur *oriēns*.

orīrī ortum surgere: Ea pars caelī unde sōl *oritur* dīcitur oriēns.

ōrnāmentum –ī *n* id quod ornat, ut gemmae, margaritae, anuli, etc.: Gemmae et margarītae sunt *ōrnāmenta*.


orbis terrārum


ōrnāre pulchrum facere: Fēminae gemmīs et margarītīs ānulīsque *ōrnantur*.


ōs ōris *n* pars corporis quae mordit et ēst: *Ōs* est inter duo labra.

os ossis *n* pars dura intra corpus, ut spina, tibia, aut talus: “Fortasse *os* frāctum est, nam pedem vix movēre possum sine dolōribus.”


os ossis *n*



ōscitāre ōs aperīre (ob dormiendī cupiditātem): “Ecce rubet quīdam, pallet, stupet, *ōscitat*, ōdit.”






ōstium et fenestra





pāgina










pecūnia



ōsculārī ōsculum dare (eī): Iūlius uxōrem *ōsculātur* et "Ō Aemilia" inquit, "mea optima uxor!"

ōsculum –ī *n* contactum labrōrum: Iūlius Aemiliae *ōsculum* dat.

ostendere –disse monstrare (cf. demonstrare): Albīnus Mēdō ānulum gemmātum *ostendit.*

ōstiārius –ī *m* servus quī ōstium aperit et claudit: Iūlius ambulat ad ōstium, quod ab *ōstiāriō* aperītur.

ōstium –ī *n* frons villae per quem intras: In vīllā sunt duo *ōstia*: *ōstium* magnum et *ōstium* parvum.

ōtiōsus –a –um <ōtium, ōtiī plenus: Poētas ut hominēs *ōtiōsōs* ōderam, praecipuē Tibullum, quī vītam rūsticam atque ōtiōsam laudābat, vītam mīlitārem dēspiciēbat.

ōtium –ī *n* ↔negōtium: In urbe Iūlius semper in negōtiō est, sed rūrī in *ōtiō* cōgitat dē negōtiīs urbānīs.

ovis –is *f* bestia pilosa quae "baaa" dicit: Pāstor nōn sōlus est in campō, nam canis niger cum eō est et centum *ovēs*.

ōvum –ī *n* Ex quō parva avis exit: Avēs *ōva* pariunt.

pābulum –ī *n* cibus pectoris et equōrum: Iīs locīs ovēs, porcī, bovēs pāscuntur, nam herba est pecoris *pābulum*.

paene prope: "Ego iam *paene* mortuus sum."

paenīnsula –ae *f* < paene insula: Peloponnēsus est, Graecia pars, nec vērō īnsula est, sed *paenīnsula*."

pāgina –ae f papyrus quā verba scribuntur: In capitulō secundō sunt sex *pāginae*

pallēre pallidus esse: Cūr *pallet* puer? *Pallet* ob timōrem.

pallidus –a –um albus (dē colōre vultūs dīcitur): Vultus Marcī ad nōmen magistrī colōrem mūtāvit, *pallidus* et tremēns patrem legentem spectat.

pallium –ī *n* vestis quā tergum operitur: Homō cēdere cōnātur, sed canis īrātus *pallium* eius dentibus prehendit et tenet.

palma –ae *f* ramus dē arbore palmiferā: Victor *palmam* accipit.

palpitāre pulsūs facere: Cor *palpitat.*

pānis –is *m* cibus ex frumento factus; cibus hominibus: Cibus pāstōris est *pānis*.

papae interiectiō significāns admīrātiōnem: Aut laetitiam significāmus, ut euax! aut dolōrem, ut heu! aut admīrātiōnem, ut *papae*!

papyrus –ī *f* herba quā charta efficitur: Charta ex *papyrō* efficitur, id est ex altā herbā quae in Aegyptō reperītur.

pār paris aequus: Quīntus mīrātur quod pedēs, quī herī *parēs* erant, hodiē tam imparēs sunt.

parāre parātum facere: Servus cuius negōtium est cibum coquere atque cēnam *parāre* in culīnā, cocus appellātur.

parātus –a –um opportunus, aptus: "Bonum gladium gerō. Ad pugnam *parātus* sum."

parcere pepercisse nōn necāre, salvum esse sinere: "Dīvitiās meās habēte, *parcite* vītae!"

parentēs –um *m* pater et māter: Mārcus cum servō ātrium intrat, ubi *parentēs* sedent līberōs exspectantēs.

parere –iō peperisse producere pullos aut liberos: Avēs ōva *parunt.*

pārēre facere id quod imperatur: Dominus imperat. Servus *pāret*.

parricīda –ae *m* quī patrem suum occīdit: "Solō, vir sapiēns et iūstus, quī Athēniēnsibus lēgēs scrīpsit, nūllam poenam statuit in *parricīdā*."

pars –rtis *f* ↔totus: Provincia est *pars* imperiī Rōmānī.

participium –ī *n* vocabulum quod habet aliquot partes verbi (tempus et genus) et aliquot partes adiectīvī (casus, genus, et numerus): *Participium* est adiectīvum dēclīnātiōnis III: gen. sing. –antis, -entis.

partīrī dīvidere: "Sī tū sex assēs cum frātre tuō *partīris*, quot sunt tibi?"

parum nōn satis: Solum Āfricae fertile est, nisi aquā caret, sed multīs locīs Āfricae *parum* aquae est.

parvulus –a –u m parvus: *Parvulus* īnfāns in cūnīs cubāre solet.

parvus –a –um ↔magnus, magnitudine restrictā: Tūsculum oppidum *parvum* est.

pāscere pāvisse pāstum herbā alere: Iīs locīs ovēs *pāscunt*, nam herba est pecoris pābulum.

passer –eris *m* parvus avis: "Incipiam ā carmine dē morte *passeris* quem Lesbia in dēliciīs habuerat."

passīvus –a –um genus verbi quod significat subiectum actum esse: 'Portātur portantur' est verbum *passīvum.*

passus –ūs *m* quinque pedēs: Ūnus *passus* est quīnque pedēs.

pāstor –ōris *m* homo qui oves curat: Hic vir, quī in campō ambulat, *pāstor* Iūliī est.

pater –tris m parens masculus; vir quī līberōs habet: Iūlius *pater* Mārcī et Quīntī est.

patēre apertus esse: Nēmō quī aedificium intrāvit rūrsus exīre potest, etsī iānua *patet.*

patī passum dolēre et tolerāre: Puerum Rōmānum sine lacrimīs dolōrem *patī* decet.

patiēns –entis <patī, patientiam habens: "Etsī vir *patiēns* sum, hic fīnis est patientiae meae!"

patientia –ae *f* <patiēns, actum patiendi: "Etsī vir patiēns sum, hic fīnis est *patientia* meae!"

patria –ae *f* terra/oppidum patrum nostrōrum: "Rōma nostra *patria* est."

paucī –ae –a ↔multī –ae –a, parvus numerus: In Arabiā nōn multī, sed *paucī* fluviī sunt et pauca oppida.

paulisper ↔diū: "Sine cibō diū vīvere possumus, sine aquā *paulisper* tantum."

paulum ↔ multum: Gubernātor: "Adhūc tranquillum est, sed exspectā *paulum.*"

pauper –eris ↔ dīves: Pater Aemiliae erat homō *pauper*, sed tamen Iūlius eam amābat.

pāx pācis *f* ↔bellum: Hīs verbīs māximō gaudiō affectī sumus, nam post longum bellum omnēs *pācem* dēsīderāmus.


pectus –oris *n* pars corporis sub collō et supra abdominem: Sub collō est *pectus.*

pecūlium –ī *n* pecūnia dominī quae servō datur: In Italiā dominō sevērō serviēbam, quī ā mē postulābat ut opus sordidum facerem nec mihi *pecūlium* dabat.


pecūnia –ae *f* nummī: In sacculō Iūliī est *pecūnia.*

pecūniōsus –a –um magnam pecūniam habens: Aemilia, cuius vir *pecūniōsus* est, multa ōrnāmenta ab eō accipit.


pecus –oris *n* ovēs, porcī, bovēs: Iīs locīs ovēs, porcī, bovēs pāscuntur, nam herba est *pecus* pābulum.
pedes –itis *m* miles Romanus qui in pedibus, non in equis, pugnat: "Aemilius pīlum tantum fert, is enim *pedes* est, nōn eques."
pēior –ius *comp* potius malus (v. malus –a –um): Nēmō deōrum *pēior* marītus est quam Iuppiter.
pellere pepulisse pulsum agere, urgēre: "Nōn ego" inquit iānitor, "sed hic canis tē forās *pellit*."
penna –ae *f* quae avem operit: "Ecce omnia habeō quae necessāria sunt ad hoc opus" *pennam*, cēram, ignem."
pēnsum –ī n exercitium: *Pensum* est post Grammaticam Latinam in capitulō prīmō.
pentameter –trī *m* quī constat ex quinque pedibus divīsīs in duās partēs cum bīnīs pedibus et dīmidiō: Ita versus tōtus ex quīnque pedibus cōnstat et vocātur *pentameter*.
per in aliud latus et ex alio latere: Is quī viā Latīnā venit *per* portam capēnam Rōmam intrat.
percurrere –risse currere per, transgredī: Ex eō tempore rārō fit ut nāvis praedōnum in marī Internō appāreat, nam classēs Rōmānae, quae cūncta maria *percurrunt*, nāvēs mercātōriās atque ōram maritimam dīligenter tuentur.
percutere –iō –cussisse –cussum pulsāre: Mārcus magnā vōce clāmat et forem manibus pedibusque *percutit*.
perdere ↔servāre: "Nōnne tibi satis fuit vestem tuam novam *perdere*?"
perfectum –ī *n* tempus verborum actionem praeteritam confectam significans: 'Illūstrāvit, illūstrātum est' praeteritum *perfectum* est.
perferre ferre (ūsque ad fīnem), diū patī: "Num tū sitim *perferre* māvīs quam aquam bibere?"
perficere conficere, finem facere: "Certē cōnsilium meum *perficiam*," inquit pater.
pergere perrēxisse nōn dēsinere: Coniugēs colloquī *pergunt*.
perīculōsus –a –um < perīculum, quī perīculum fert: Ab ōrā Italiae saxa *perīculōsa* quibus Scylla nōmen est.
perīculum –ī *n* quī perdit: "Nōlīte vērō cēnsēre nōs iam extrā *perīculum* esse."
perīre perdī, morī: Discipulī Chrīstī suscitāvērunt eum dīcentēs: "Domine, salvā nōs! *Perīmus*!"
peristylum –ī *n* locus ad ambulandum inter columnas sub tectum: Etiam *peristylum* magnum et pulchrum in vīllā est.
permittere sinere (eum): "*Permittite* mihi in patriam revertī!"
permovēre valde movēre: Nautae precibus eius ita *permōtī* sunt ut manūs quidem ab eō abstinērent.
perpetuus –a –um quī numquam finiētur, sine fine: "Tunc enim Catullus Lesbiam sōlam amābat atque amōrem suum *perpetuum* fore crēdēbat."
persequī (fugientem) sequī: "Certē rēx eōs *persequī* coepit, sed nāvis Thēseī nimis celeris fuit.
persōna –ae *f* vir aut fēmina quī facit: Scaena Prīma. *Persōnae* Iūlia, Mārcus, Quīntus.
persuādēre + dat facere ut credat: "Mihi nēmō *persuādēbit* hominem super mare ambulāre posse!"
perterritus –a –um plenus terroris: Marcus *perterritus* ad vīllam currit et magnā vōce clāmat.
perturbāre valdē turbāre: Vir ita *perturbātus* est ut sē interroget, utrum in mare saliat an in nāve remaneat.
pervenīre advenīre: "Nūllum mare tūtum est ā praedōnibus, nē mare Īnferum quidem, quamquam rārī hūc perveniunt.
pēs pedis *m* Quō homo ambulat: Homō duōs *pedes* habet.
pessimus –a –um valde malus (*sup* <malus –a –um): Inter omnēs deās Venus *pessima* uxor est.
petasus –ī *m* Vestis quae in capite ponitur: Mercurius autem ut avis volāre potest, nam in pedibus et in *petasō* eius ālae sunt.
petere –īvisse –ītum adīre: Ovis nigra ovēs albās relinquit et rīvum *petit*.
phantasma –atis *n* umbra, homō sine corpora; anima quae ambulāre vidētur: Discipulī autem videntēs eum super mare ambulantem turbātī sunt dīcentēs: "*Phantasma* est!"
piger –gra –grum qui non laborat: Sextus discipulus nec stultus nec *piger* est, sed prūdēns atque industrius.
pila –ae *f* Globus quō ludus luditur: Iūlia *pilam* tenet et cum puerīs *pilā* lūdere vult.
pīlum –ī *n* telum longum quod miles Romanus in hostes iacet: Scūtum et gladius et *pīlum* sunt arma mīlitis Rōmānī.
pīpiāre 'pīpī' facere (ut avis): "Nam mellītus erat suamque nōrat ipsam tam bene quam puella mātrem, nec sēsē ā gremiō illius movēbat, sed circumsiliēns modo hūc modo illūc ad sōlam dominam ūsque *pīpiābat*."
pīrāta –ae *m* praedō maritimus: "Amīcus mihi nūntiāvit 'sē ā *pīrātīs* captum esse' ac mē per amīcitiam nostram ōrāvit ut sē ē servitūte redimerem magnum pretium solvendō."
pirum –ī *n* pomum viride: "Ecce *pirum* tuum, Mārce, et tuum, Quīnte."
piscātor –ōris *m* quī piscēs capit: "Paucīs post diēbus aliquī *piscātor* in eōdem marī piscem cēpit quī tam fōrmōsus erat ut piscātor eum nōn vēnderet, sed tyrannō dōnāret."
piscis –is *m* Bestia pinnīs quae natat: *Piscēs* in aquā natant.
placēre + *dat* gratum esse: Cibus optimus est atque convīvīs *placet*, māximē vērō laudātur carō porcī, quam minister cultrō acūtō secat convīvīs spectantibus.
plānus –a –um quī facile intellegitur: Mārcus nec ūllum verbum respondet, at genua trementia respōnsum *plānum* est.
plaudere –sisse manūs coniunctim ferīre ad gaudium demonstrandum: "Sed plērumque is quī victus est occīditur, victor vērō palmam accipit, dum spectātōrēs dēlectātī clāmant ac manibus *plaudunt*."
plēnus –a –um ↔vacuus: Puerī saccōs *plēnōs* vident.
plērīque plērae- plēra- prope omnēs: Paulō post, cum *plērīque* hostēs sē ad equitēs convertissent, peditēs nostrī portā sinistrā ērūpērunt.
plērumque *adv* prope semper: "Sed *plērumque* is quī victus est occīditur, victor vērō palmam accipit, dum spectātōrēs dēlectātī clāmant ac manibus plaudunt."
plōrāre flēre, dicere 'uhuhu': Iam Iūlia nōn cantat, sed *plōrat*.


I pēs
[= 29,6 cm]



penna -ae *f*







peristȳlum



Mārcus perterritus est

pila



lūna nova dīmidia plēna


pīlum


pirum


plūrālis –is m magis quam unus: -us est singularis, sed –ī est *plūrālis.*

plūrēs –a ***comp*** potius multi (v. multī –ae –a): Rōmae *plūrēs* hominēs habitant quam in ūllā aliā urbe imperiī Rōmānī.

plūrimī –ae –a ***sup*** valde multī (*sup* <multī –ae –a): Urbs Rōma *plūrimī* hominēs et *plūrimae* domōs habet.

plūs –ūris ***n*** maior quantitas: "Ergō *plūs* ēs quam tunc, Aemilia."

plūsquamperfectum –ī ***n*** tempus verborum actionem praeteritam quae ante alteram facta est significans: 'Ambulāverat' est tempus praeteritum *plūsquamperfectum*.



pōculum –ī ***n*** vas ex quō aqua et vinum bibuntur: Māter eī *pōculum* aquae dat.

poena –ae ***f*** quae datur ob culpam: "Necesse est servōs īnfīdōs aut fugitīvōs sevērē pūnīre, nec enim quidquam nisi *poenā* sevērā eius generis servōs ā maleficiīs dēterrēre."


poēta –ae ***m*** quī / quae carmina scrībit: "Duōs versūs reminīscor ē carmine quod dē hāc rē scrīpsit *poēta* quīdam…"

poēticus –a –um <poēta: Tum Iūlius, quī artis *poēticae* studiōsus est, "Ovidius ipse" inquit "id dīcit."

pollicērī prōmittere: "Illūc tē mēcum dūcam neque umquam tē relinquam. Hoc tibi *polliceor*."


pōnere posuisse positum ↔sumere: Dāvus sacculum suum in mēnsā *pōnit.*

populus –ī ***m*** cūnctī cīvēs: *Populus* Rōmānus postulāvit ut classis Rōmāna adversus hostēs mitterētur.



porcus -ī *m*

porcus –ī ***m*** animal domesticum quod lardum parat: "Et tū tam sordidus es quam *porcus*!"



porta

porta –ae ***f*** cavus aut hiatus per murum: *Porta* prīma Rōmāna est *porta* capēna.

portāre vehere: Saccus quem Syrus *portat* nōn tam magnus est quam saccus Lēandrī.

portus –ūs ***m*** ubi naves adveniunt: Ōstia est oppidum maritimum quod magnum *portum* habet.

poscere poposcisse darī iubēre: Mārcus vestīmenta sua ā servō *poscit*.

positīvus –a –um prīmus gradus nōminis: *Positīvus*, ut doctus, comparātīvus, ut doctior, superlātīvus, ut doctissimus.

posse potuisse potestatem habēre: Aemilia: "Ille medicus crassus fīlium nostrum sānāre nōn *potest*."

posse potuisse potestatem habēre: Canis volāre nōn *potest*.

possidēre –ēdisse habēre: Pater Iūliī magnam pecūniam habēbat multāsque vīllās magnificās *possidēbat* praeter domum Rōmānam.

post ↔ante: Syrus et Lēander nōn ante lectīcam, sed *post* lectīcam ambulant.

posteā deinde, post hoc tempus: "Multa simul rogitās. Admitte mē! *Posteā* respondēbō ad omnia."

posterior –ius < post: Tergum est *posterior* pars corporis.

posterus –a –um sequēns: Ecce litterae novissimae, quās Aemilia prīdiē kalendās Iūniās ā frātre accēpit et *posterō* diē in convīviō recitāvit.

posthāc post hoc tempus: "Certē malus puer fuī, sed *posthāc* bonus puer futūrus sum."



Dāvus sacculum in mēnsā pōnit

postquam ↔antequam: Mārcus, *postquam* vestem mūtāvit, mundus redit.

postrēmō ***adv*** ↔primō: Quisque puer manum tollit, prīmum Sextus, tum Titus, *postrēmō* Mārcus.

postrēmus –a –um ↔ prīmus: Prīma pars diēī est māne, pars *postrēmus* vesper.

postulāre poscere: Quōmodo īnfāns, quī fārī nōn potest, cibum *postulat*?

pōtāre bibere: Sōlus Orontēs, cui nōn placet vīnum mixtum, merum *pōtat*, sed is Graecus est atque lībertīnus.

potestās –ātis ***f*** vīs, facultās: "Nē Iuppiter quidem tantam *potestātem* habet, etsī ille deus māximus habētur."

pōtiō –ōnis ***f*** quod pōtātur: Nōn sōlum dē cibō et *pōtiōne* est sermō convīvārum.

potius magis: "Ille cūrāvit ut nōs ē tempestāte servārēmur nēve mergerēmur – vel *potius* nōs ipsī quī mercēs ēiēcimus."

prae ***prp + abl*** ante: Arātor duōs validōs bovēs quī arātrum trahunt *prae* sē agit.

praecipuē prae cēterīs rēbus, māximē: Epistulae quās Aemilius ad patrem dat *praecipuē* dē glōriā et virtūte mīlitārī sunt.

praedium –ī ***n*** vīlla cum agrīs: Iūlius, quī nūper ex urbe in *praediō* suum Albānum vēnit, circā agrōs et vīneās suās ambulat.

praedō –ōnis ***m*** fūr, quī aufert rem aliēnum: "Multa alia perīcula nōbīs impendent, ut saxa quibus nāvēs franguntur, et *praedōnēs* maritimī quī nāvēs persequuntur, ut mercēs et pecūniam rapiant nautāsque occīdant."

praeesse dominus esse, imperāre: "Agricola ipse nōn sum, sed multīs agricolīs *praesum* ac dīligenter cūrō ut colōnī agrōs meōs bene colant."

praeferre malle: "Dīxistī enim 'tē mortem servitūtī *praeferre*'."

praemium –ī ***n*** mūnus quod datur prō beneficiō: "Profectō magnum *praemium* dabō eī quī servum meum fugitīvum hūc retrāxerit."

praenōmen –inis ***n*** primum nomen: 'Lūcius' est *praenōmen*, id est nōmen prīmum.

praepōnere ducem facere: Ergō Gnaeus Pompēius, dux ēgregius, classī *praepositus* est.

praepositiō –ōnis verbum quod locum significat: Ab, ad, ex, cēt. sunt *praepositiōnēs.*

praesēns –entis ↔absēns: "Quam ob rem nec ipse *praesēns* nec absēns per litterās quidquam cognōvī dē eō quod nūper Rōmae factum est."

praesēns –entis tempus nunc: Tempus *praesēns* (nunc): Māne est. Sōl lūcet. Omnēs vigilant.

praestāre implēre, perficere: Ego vērō, etsī cupidus sum patriae videndae, officium meum *praestābō* sīcut cēterī mīlitēs Rōmānī, quōrum magnus numerus in Germāniā est.

praeter ***prp + acc*** nisi; extra: Virō togātō nūlla pars corporis est nūda *praeter* bracchium alterum.

praetereā praeter eās rēs: *Praetereā* Lydia parvum librum fert.

praeteritum –ī ***n*** tempus ante: tempus praeteritum: Tempus *praeteritum* (tunc): Ante trēs hōrās nox erat.

prāvē ***adv*** ↔ rēctē (v. pravus –a –um): Respōnsum Mārcī est prāvum: is *prāvē* respondet.

prāvus –a –um ↔ rēctus: Respōnsum Mārcī est *prāvum*: is prāvē respondet.

precārī ōrāre: "Quid iuvat deōs *precārī* ut rēs āmissae tibi reddantur?"

precēs –um *f pl* verba ōrantia, quod ōrātur: Hīs *precēs* dominus sevērus tandem movētur.

prehendere –disse –ēnsum capere: Canis īrātus pallium eius dentibus *prehendit* et tenet.

premere pressisse pressum urgēre: "Necesse est tē stilum gravius in cēram *premere*."

pretiōsus –a –um magnī pretiī: Nōnnūllī in terrās aliēnās nāvigant, quod mercēs *pretiōsōs* nautīs crēdere nōlunt, sīcut mercātor ille Rōmānus quī eādem nāve vehitur quā Mēdus et Lydia.

pretium –ī *n* numerus nummorum necessarius emere aliquid: "*Pretium* huius ānulī est centum sēstertiī."

prīdem multō ante: "Hōra decima est. Cēnam iam *prīdem* parātam esse opportuit!"

prīdiē diē ante: Ecce litterae novissimae, quās Aemilia *prīdiē* kalendās Iūniās ā frātre accēpit et posterō diē in convīviō recitāvit.

prīmō *adv* primum: Tum Mārcus, quī *prīmō* omnia negāverat, 'sē mentītum esse' fassus est.

prīmum *adv* <primus –a –um: Mārcus *prīmum* manūs lavat, deinde faciem.

primus -a –um numerus 'unus' in ōrdine: A est littera *prima* (I), B littera secunda (II), C littera tertia (III).



prīmī gradūs īnfantis

prīnceps –ipis *m* vir inter aliōs prīmus (quī aliīs imperat): "Audī igitur quod scrīptum est dē Iaīrō, *prīnceps* quōdam Iūdaeōrum."

prīncipium –ī *n* prīma pars, initium: "Ecce *prīncipium* carminis quod scrīpsit ad amīcam sēcum in circō sedentem…"

prior –ius ↔ posterior: Puerī autem *prior* librī partem tantum audiunt.

prius *adv* ↔posteā: "Responde *prius*! Posteā admittēris."

priusquam antequam: "Profectō eum verberābō atque omnibus modīs cruciābō, sī eum invēnerō *priusquam* Italiam relīquerit."

prīvātus –a –um ↔publicus, domesticus: Pater māximē dē rēbus pūblicīs scrībit, sed Aemilia dē rēbus *prīvātīs*, ut dē līberīs suīs et dē convīviīs, scrībere solet.

prō *prp* + *abl* ob: Colōnus est agricola quī nōn suōs, sed aliēnōs agrōs *prō* dominō absentī colit.

probus –a –um ↔improbus –a –um: "Mārcus puer *probus* nōn est; Mārcus est puer improbus!"

prōcēdere ↔recēdere: Tabellārius neque recēdere neque *prōcēdere* audet.

procul ↔prope: *Procul* in monte lupus ululat.

prōcurrere –risse prō + currere: Tum peditēs *prōcurrunt* et prīmum pīla in hostēs mittunt, deinde eōs gladiīs caedunt.

prōdesse prōfuisse bonus esse prō: Nihil enim vīneīs magis *prōdest* quam sōl et calor.

proelium –ī *n* pugna exercituum: Ante *proelium* dux exercitūs mīlitēs suōs hortātur ut fortiter pugnent.

profectō certē: "*Profectō* laetus erō, sī alteram fīliam habēbō."

prōferre prōmere: "Age, puer, *prōfer* Falernum quod optimum habeō!"

proficīscī –fectum abīre: Inter eōs est Mēdus, quī ex Italiā *proficīscitur* cum amīcā suā Lydiā.

prōgredī –gressum prōcēdere: Tālis ōrdō mīlitum *prōgredientium* dīcitur agmen.

prohibēre retinēre: "*Prohibe* ovēs tuās ab agrīs nostrīs, pāstor!"

prōicere prō + iacere: Colōnus ad pedēs dominī sē *prōicit*.

prōmere –mpsisse –mptum sūmere (ē locō): Magister ex sacculō suō duōs nummōs *prōmit*.

prōmissum –ī *n* quod prōmissum est: Iūlius nōn crēdit Mārcum *prōmissum* factūrum esse.

prōmittere promissum facere: "Hoc vōbīs *prōmitteō*, pater et māter! Mihi crēdite!"

prōnōmen –inis *m* pars orationis significans verbum quod usum est pro nomine, ut is, hic, qui, etc.: *Prōnōmen* 'quis', 'quī', 'is', 'ille'.

prope ↔procul: Ōstia est *prope* Rōmam.

properāre celeriter īre/agere: Ego vērō istum tabellārium *properāre* docēbō, cum meās litterās ad tē referet.

propinquus –a –um quī prope est: "Tum factum est id quod necesse erat accidere: ignis sōlis *propinquī* cēram mollīvit.

proprius –a –um ↔commūnis: Aut enim ūnīus nōmen est et '*proprium*' dīcitur, aut multōrum et 'appellātīvum'.

propter *prp* + *acc* quod: Nāvis nimis gravis est *propter* mercēs.

propterea ideō: Itaque, enim, quia, quāpropter, quoniam, ergō, ideō, igitur, scīlicet, *proptereā*.

prōsilīre –uisse prō + salīre: "Āmissum nōn flet, cum sōla est, Gellia patrem; sī quis adest, iussae *prōsiliunt* lacrimae!"

prōspicere ante sē aspicere: Puella misera in altum saxum ascendit, unde *prōspiciēns* nāvem Thēseī procul in marī vīdit.

prōtinus statim: Tālibus verbīs nauta mercātōrem maestum cōnsōlārī cōnātur, sed frūstrā, nam ille *prōtinus* "Nōlī tū mē cōnsōlārī" inquit.

prōvincia –ae f terra quae ab Romā imperātur: Gallia *prōvincia* Rōmāna est.

proximus –a –um *sup* (*comp* propior –ius) <prope, quī valdē prope est: Quī prīmum ē marī Tūscō, quod mare proximum Rōmae est, et ex Siciliā, īnsulā Italiae *proximā*, praedōnēs pepulit, tum eōs in Āfricam persecūtus est.

prūdēns –entis ↔ stultus: Sextus discipulus nec stultus nec piger est, sed *prūdēns* atque industrius.

pūblicus –a –um (< populus) ↔prīvātus –a –um: Pater māximē dē rēbus *pūblicīs* scrībit, sed Aemilia dē rēbus prīvātīs, ut dē līberīs suīs et dē convīviīs, scrībere solet.



PVER AEGROTVS


pudēre + *gen* sensum pudōris facere: "Nōnne tē *pudet* hoc fēcisse?"

pudor –ōris *m* < pudēre, sensus indecoris: Mārcus, quī paulō ante ob timōrem pallēbat, iam rubet propter *pudōris*.


puella –ae f fēmina parva, ut Iūlia: Iūlia est *puella* Rōmāna.

puer –erī m homo parvus, vir parvus, ut Marcus: Mārcus *puer* Rōmānus est.


pugna –ae *f* <pugnāre, certamen: "Iam satis audīvī dē *pugnā* vestrā indignā."
pugnāre pugnam facere; certare: Puerī pugnīs, non armīs *pugnant.*
pugnus –ī *m* manus in forma pilae: Puerī *pugnīs* pugnant.
pulcher pulchra pulchrum aliquid oculos delectat: "Ecce puella *pulchra* cum rosīs *pulchrīs*!"
pulchritūdō –inis *f* <pulcher, quod oculīs voluptatem fert: Venus, pulcherrima omnium deārum, dea amōris ac *pulchritūdinis* est.


pugnus -ī *m*

pullus –ī *m* Parva bestia (ut parva avis): Avēs ōva pariunt, ex quibus parvī *pullī* exeunt.
pulmō –ōnis *m* Pars corporis in quam anima intrat: Cum homō spīrat, anima in *pulmōnibus* intrat et rūrsus ex pulmōnibus exit.
pulsāre pugnīs icere: Mārcus Iūliam *pulsat.*
pūnīre poenam facere, ut virgā pulsāre: "Necesse est tē *pūnīre.*"


pulmō -ōnis *m*

puppis –is *f* pars nāvis posterior: Pars nāvis posterior *puppis* dīcitur.
pūrus –a –um ↔sordidus: Aqua nōn est *pūra*, sed sordida.
putāre cogitāre: Syra eum mortuum esse *putat.*
quadrāgēsimus –a –um XL (40.): Immō vērō vīvit, nam tertiō diē Iēsūs surrēxit ā mortuīs et *quadrāgēsimō* diē post in caelum ascendit.
quadrāgintā XL: Titus: "Vīgintī, trīgintā, *quadrāgintā*, quīnquāgintā, sexāgintā…"
quae nom f, persōna quae: Puella *quae* plōrat est Iūlia.
quae? f sg quae persōna?: *Quae* est Iūlia? Iūlia est fīlia Iuliī.
quaeque v. quisque quae- quod-: *Quaeque* syllaba vōcālem habet, ergō numerus syllabārum et vōcālium īdem est.
quaerere –sīvisse –sītum petere: Lupus in silvā cibum *quaerit*, dum pāstor et canis ovem nigram *quaerunt.*
quālis –e cuius modī?: *Quālēs* sunt litterae Sextī? Pulchrae sunt.
quālitās –ātis *f* <quālis, natūra, ingenium: Appellātīva dumtaxat *quālitātem* aut quantitātem significantia...
quam acc f, persōna quae: Aemilia, *quam* Iūlia vocat, māter līberōrum est.
quam ut, sicut: Saccus Syrī nōn tam magnus est *quam* saccus Lēandrī.
quamdiū quam longum tempus: Nē hoc fīat, legiōnēs Rōmānae hīc sunt ac tamdiū remanēbunt *quamdiū* hostis armātus seu citrā seu ultrā Dānuvium flūmen reliquus erit.


Mārcus Iūliam pulsat

quamobrem cūr: At Aemilia, quae fābulam ignōrat, ab Oronte quaerit '*quamobrem* id mūnus pessimum sit?'
quamquam ↔ quia: "Ego numquam laudor, *quamquam* saepe rēctē respondeō!"
quandō quō tempore?: "*Quandō* sōl altissimus est?"
quantitās –ātis *f* <quantus, copia: Appellātīva dumtaxat quālitātem aut *quantitātem* significantia...
quantum quam multum: "*Quantum* pecūniae abstulit?"
quantus –a –um quam magnus: "*Quantum* est pretium illīus ānulī?"
quāpropter quam-obrem: Itaque, enim, quia, *quāpropter*, quoniam, ergō, ideō, igitur, scīlicet, propterea.
quārē cūr?: "*Quārē* igitur tot numerōs difficilēs dicimus?"
quārtus –a –um IV in ordine: "Pōne ānulum in digitō *quārtō*!"
quasi tamquam: Rēx haec parum crēdidit, et Arīonem *quasi* virum fallācem cūstōdīrī iussit.
quater 4x: Mārcus, ut piger discipulus, *quater* tantum V scrībit.
quatere –iō celeriter hūc illūc movēre: Puer territus, lacertōs nūdōs *quatiēns*, in mare cecidit ac mersus est.
quaternī –ae –a IV et IV…: In singulīs legiōnibus sunt sēna vel quīna vel *quaterna* mīlia mīlitum, quī omnēs cīvēs Rōmānī sunt.
quattuor IV: Ūnus, duo, trēs, *quattuor*, quīnque, sex, septem, octō, novem, decem.
quattuordecim XIV: Titus: "Decem, ūndecim, duodecim, trēdecim, *quattuordecim*, quīndecim, sēdecim…"
-que et… Marcus Quintusque=Marcus et Quintus: Iūlius, Aemilia, Mārcus, Quīntus, Iūlia, Syra, Dāvus, Dēlia Mēdus*que* (= Dēlia et Mēdus) sunt familia Rōmāna.
quem acc m, persōna quae: Puer *quem* Aemilia verberat est Mārcus.
querī questum querellam facere: Mercātor ad gubernātōrem accēdēns multīs cum lacrimīs *queritur.*
quī nom m, persōna quae: Puer *quī* rīdet est Mārcus.
quī? m pl quae persōnae?: *Quī* sunt Marcus et Quintus? Marcus et Quīntus sunt...
quia quod, responsum verbō 'cur?' : "*Quia* Iūlia cantat."
quid? cur? Dīc mihi dē…: *Quid* est Crēta? Crēta īnsula est.
quid? cūr?: "*Quid* rīdētis, Tite et Sexte?"
quīdam quae- quod- certus –a –um: At hōc annō *quīdam* colōnus mercēdem nōndum solvit.
quidem certē: "Ego *quidem* studiōsus sum volandī."
quidnam quid (in mundō)?: "*Quidnam* hoc est? Quisnam Tūsculō epistulam ad mē mīsit?"
quidnī quīn, certē: Numerī, ut semel, bis, ter; negandī, ut nōn; affīrmandī, ut etiam, *quidnī*.
quidquid omnis rēs quae: "Dabō tibi *quidquid* optāveris."
quiēscere –ēvisse nihil agere, quiētus esse, dormīre: Pater familiās prīmum *quiēscit*, tum ambulat, dēnique lavātur.
quīn cūr nōn?: "Num quis hanc aperit iānuam? Heus tū, iānitor! *Quīn* aperīs? Dormīsne?"


quī ambulat vestīgia in terrā facit

quīndecim XV: Titus: "Decem, ūndecim, duodecim, trēdecim, quattuordecim, *quīndecim*, sēdecim, septendecim…"
quīngentī –ae –a D: Sextus: "Centum, ducentī, trecentī, quadringentī, *quīngentī*, sescentī, septingentī…"
quīnī –ae –a V et V…: In singulīs legiōnibus sunt sēna vel *quīna* vel quaterna mīlia mīlitum, quī omnēs cīvēs Rōmānī sunt.
quīnquāgintā L: Titus: "Vīgintī, trīgintā, quadrāgintā, *quīnquāgintā*, sexāgintā, septuāgintā…"
quīnque V: Ūnus, duo, trēs, quattuor, *quīnque*, sex, septem, octō, novem, decem.
quīnquiēs 5x: Deinde magister eum tōtum vocābulum NASVM *quīnquiēs* scrībere iubet.

quīntus –a –um V: Annus in duodecim mēnsēs dīviditur, quibus haec sunt nōmina: Iānuārius, mēnsis prīmus; Februārius, secundus…Māius, *quīntus*.

quis? m sg quae persona?: *Quis* est Marcus? Marcus est fīlius Iuliī.

quisnam quis (in mundō)?: "Quidnam hoc est? *Quisnam* Tūsculō epistulam ad mē mīsit?"

quisquam quidquam ūllus homō, ulla rēs: Ipsī per nōs hinc effugere nōn possumus, neque *quisquam* nōs in fugiendō iuvāre poterit.

quisque quae- quod- et ūnus et alter et tertius: *Quisque* puer manum tollit, prīmum Sextus, tum Titus, postrēmō Mārcus.

quisquis omnis homō quī: *Quisquis* amat valeat! Pereat quī nescit amāre!"

quō? ↔unde? (ad ubi?): *Quo* it Iūlius?

quod acc. <quī: Mēdus baculum, *quod* in mēnsā est, videt.

quod quia: hominēs ambulāre possunt, *quod* pedēs habent.

quodque v. quisque quae- quod- Ita *quodque* vocābulum cuiusque sententiae ā discipulō legitur.

quōmodo <quō modō?: "*Quōmodo* habet pēs tuus hodiē?"

quoniam quia: *Quoniam* māiōrem fābulae partem iam nārrāvistī, partem reliquam quoque nārrāre dēbēs.

quoque eōdem modō, etiam, ↔aliō modō: Rōma est in Italiā. Brundisium *quoque* in Italiā est.

quot? quam multī?: *Quot* liberī sunt in familiā? Trēs sunt.


quotannīs omnī annō, quōque annō: Adulēscentēs *quotannīs* in labyrinthō ā mōnstrō illō saevō vorābantur.

quotiēs quam multī: Quotiēs Mārcus V scrībit? Mārcus, ut piger discipulus, quater tantum V scrībit.

rāmus –ī *m* Brachia arborum: Nīdī eārum (avium) inter *rāmōs* et folia arborum sunt.

rapere –iō –uisse –ptum capere et auferre: "Nōlī mē ē domō meā *rapere*!"

rapidus –a –um celerrimus: "Is fidicen fuit quī tam pulchrē canēbat ut *rapidus* fluviī cōnsisterent, nē strepitū cantum eius turbārent."



rārō *adv* ↔ saepe: "Mārcum et Quīntum saepe laudās, sed Iūliam *rārō* laudās."


rārus –a –um ↔frequens, ↔communis: Y et Z litterae *rārae* sunt in linguā Latīnā, in linguā Graecā frequentēs.

ratiō –ōnis *f* causa quae rem plānam facit: "Ovidius poēta, quī ingenium mulierum tam bene nōverat quam ipsae mulierēs, *ratiōnem* reddit hōc versū…"

ratiōnālis –e <ratiō: Dā *ratiōnālēs*! (Itaque, enim, quia, quāpropter, quoniam, ergō, ideō…)

ratis –is *f* navicula ramīs facta: Mediā nocte in castra nūntiātum est 'magnum hostium numerum nāviculīs *ratibus*que cōpulātīs flūmen trānsiisse celeriterque secundum flūmen adversus castra nostra prōgredī.'

ratis -is *f*



recēdere redīre: Tabellārius neque *recēdere* neque prōcēdere audet.

recipere accipere, admittere: Hospitēs sunt amīcī quōrum alter alterum semper bene *recipit* domum suam, etiam sī inexspectātus venit.

recitāre narrāre auditōribus: Antequam magister partem librī posteriōrem *recitāre* incipit, omnēs puerī dormiunt!

recognōscere cognōscere: Polycratēs, cum ānulum suum *recognōsceret*, māximā laetitiā affectus est."

rēctē ↔pravē (v. rectus –a –um): "Vōs *rēctē* respondētis, Tite et Sexte."

rēctus –a –um ↔pravus: Respōnsum Titī et Sextī *rēctum* est: iī rēctē respondent.

recumbere ↔surgere (ē lectō): Tum puer aegrōtus in lectō *recumbit.*

reddere rūrsus dare: "*Redde* mihi mālum meum, Tite!"

redimere –ēmisse –ēmptum <red + emere: "Ergō nūlla spēs est mihi, quī nec ipse pecūniam habeō nec amīcum tam pecūniōsum, ut mē ē servitūte *redimere* possit aut velit."

redīre rūrsus īre: "Ad sellam tuam *redī* atque cōnsīde!"

redūcere re + dūcere: "Orpheus etiam ad Īnferōs dēscendit ut uxōrem suam mortuam inde *redūceret*… Sed perge nārrāre dē Arīone."

referre rettulisse relātum ferre retrō: "Aliud est grātiam habēre, aliud grātiam *referre*."

regere rēxisse rēctum gubernāre, rex/dux esse: "Thēseus multōs annōs Athēnās magnā cum glōriā *rēxit*."

regiō –ōnis *f* pars terrae: Sāturnus in Italiam vēnit, ubi eam *regiōnem* quae Latium appellātur optimē rēxit Latīnōsque.

rēgnāre rēx esse: Neptūnus, Iuppiter, Plūtō, mundum ūniversum ita inter sē dīvīsērunt, ut Iuppiter rēx caelī esset, rēx maris esset Neptūnus, Plūtō autem *rēgnāret* apud Īnferōs.

rēgula –ae *f* quā discipulus dimensionem facit: Dāvus Mārcō librum et tabulam et stilum et *rēgulam* affert.

relinquere –līquisse –lictum ab rē abīre: Ovis nigra ovēs albās *relinquit* et rīvum petit.

reliquus –a –um cēterus: Quoniam māiōrem fābulae partem iam nārrāvistī, partem *reliquam* quoque nārrāre dēbēs.



rēgula -ae *f*

remanēre manēre: Nec vērō omnēs mercātōrēs domī *remanent*, cum mercēs eōrum nāvibus vehuntur.

rēmigāre nāvem rēmīs agere: Etsī nautae omnibus vīribus *rēmigant*, tamen illa nāvis, ventō secundō adiuvante, magis magisque appropinquat.

reminīscī ↔oblīvīscī: "Duōs versūs *reminīscor* ē carmine quod dē hāc rē scrīpsit poēta quīdam…"

remittere reddere: Post paucōs diēs Aemilia neque epistulae neque flōrēs *remittit.*


removēre auferre: "*Removē* canem!" inquit ille, "Iste canis ferōx mē intrāre nōn sinit."

rēmus –ī *m* quō nāvis agitur: Itaque gubernātor imperat ut nāvīs *rēmīs* agātur.


repente subitō: "Tum vērō nova et mīra rēs accidit: delphīnus, cantū allectus, *repente* hominem natantem subiit eumque in dorsō suō sedentem vēxit et in lītore Graeciae salvum exposuit."

reperīre repperisse repertum vidēre rem petitam, invenīre: Canis ovem quaerit et vestīgia eius in terrā *reperit*, neque ovem ipsam *reperit.*


repōnere rūrsus pōnere: Diodōrus assem dat Sextō, et dēnārium in sacculō *reponit.*




reprehendere ↔ laudāre: Magister Mārcum nōn laudat, sed *reprehendit.*
repugnāre contrā pugnāre: "Sī praedōnēs mē armīs petīverint, omnibus vīribus *repugnābō*!"
requiēscere quiēscere, ↔negōtium agere: "Nunc dēmum, postquam herī ad vīllam Tūsculānam rediī, paulum *requiēscere* possum et amīcōs vīsere."
requīrere quaerere: "Ōdī et amō! Quārē id faciam, fortasse *requīrīs*?"
rēs reī ***f*** materia sine animā: Mārcus ipse nūllam *rēs* portāre solet praeter mālum.
resistere –stitisse cōnsistere et manēre: Tlēpolemus in līmine *resistit* "Retinē canem!" inquit.
respondēre –disse responsum facere: Quīntus *respondet:* "Iūlia plōrat."
respōnsum –ī ***n*** quod respondētur: *Respōnsum* Titī et Sextī rēctum est: iī rēctē respondent.



rēte –is ***n*** textum ad piscēs prehendōs: "Plērīque gladiīs et scūtīs armātī erant, aliī *rētēs* gerēbant."
retinēre re + tenēre: Canis fremit nec vērō tabellārium mordēre potest, quod catēnā *retinetur.*
retrahere trahere retrō: "Profectō magnum praemium dabō eī quī servum meum fugitīvum hūc *retrāxerit.*"
revenīre rūrsus venīre: Servus cum medicō ad vīllam *revenit.*
revertī –tisse –sum red-īre: "Ō, miserōs nautās, quī numquam domum *revertī*!"
revocāre re + vocāre: Neque Quīntus eam abeuntem *revocāvit*, sed in lectō recumbit oculōsque claudit.
rēx rēgis ***m*** vir quī terram/urbem regit: *Rēx* Mīnōs, quī tunc Crētam regēbat, paucīs annīs ante urbem Athēnās bellō expugnāverat.




rīdēre –sisse –sum dicere 'hahahae': Mārcus *rīdet:* "Hahahae!"
rīdiculus –a –um rīdendus: Rīdēbis certē, mea soror, nec sine causā, nam *rīdiculus* est tālēs rēs optāre, nec lacrimās effundere mīlitem decet.
rigāre aquam in agrum ferre: Ergō necesse est agrōs aquā flūminum *rigāre.*
rīpa –ae ***f*** ora flūminis: Cum ad *rīpam* flūminis fugientēs pervēnissent, aliī nāviculīs ratibusque sē servāvērunt, et aliī armīs abiectīs in flūmen sē prōiēcērunt, ut natandō ad *rīpam* ulteriōrem pervenīrent.
rīsus –ūs ***m*** < rīdēre, actum rīdentis: "Ego rīdēre mālō, neque iste poēta *rīsum* excitat."
rīvus –ī ***m*** parvus fluvius: In *rīvō* est aqua.


rosa

rogāre ōrāre: Mēdus Lydiae librum reddit eamque *rogat* ut aliquid sibi legat.
rogitāre interrogāre (multa): Tabellārius dīcit, "Multa simul *rogitās.* Admitte mē!"
Rōmānus –a –um <Rōma: Tiberis est fluvius *Rōmānus.*
rosa –ae ***f*** flōs asperīs: In hortīs sunt *rosae* et līlia.
ruber –bra –brum color rosārum, labrōrum, et sanguinis: Lingua et labra *rubra* ut rosae sunt.
rubēre ruber esse: Mārcus, quī ante ob timōrem pallēbat, iam *rubet* propter pudōrem.

sacculus


rudis –e indoctus: Latīnī erant hominēs *rudēs* ac barbarōs.
rūmor –ōris ***m*** rēs ex aliīs audīta quae nārrātur: "Servī sunt malī nūntiī: saepe falsōs *rūmōrēs* nūntiant."
rumpere rūpisse ruptum frangere, delēre: Ecce canis in eum salit catēnam *rumpēns*!
rūrsus iterum; tempus secundum: Iūlius *rūrsus* pecūniam numerat.
rūs rūris ***n*** ↔urbs; agrī, silvae, campī : *Rūs* quiētum et amoenum eum dēlectat.



rūsticus –a –um <rūs, quī rurī est: "Cūra īnfantium multum temporis postulat, itaque parum temporis habeō ad opus *rūsticum.*"
sacculus –ī ***m*** parvus saccus quō nummī sunt: In *sacculō* Iūliī est pecūnia.
saccus –ī ***m*** res in qua mala et pira portantur: Syrus *saccum* portat et Lēander quoque *saccum* portat.
sacerdōs –ōtis ***m/f*** vir/fēmina cuius negōtium est diīs servīre: Masculīnum, ut hic magister, fēminīnum, ut haec Mūsa, neutrum ut hoc scamnum, commūne, ut hic et haec *sacerdōs.*
saeculum –ī ***n*** C annī: Centum annī vel *saeculum* est longum tempus.


servus dominum salūtat

saepe multīs temporibus: "Ego numquam laudor, quamquam *saepe* rēctē respondeō!"
saevus –a –um ferōcissimus: Adulēscentēs Athēnīs omnēs in labyrinthō ā mōnstrō illō *saevō* vorābantur.
sagitta –ae ***f*** quae arcu mittitur: Hispānī et Gallī alia arma et arcūs et *sagittās* ferunt.
sāl salis ***m*** condimentum album quod cibō aspergitur: "Ego cocum nōn laudō quī *sale* nōn ūtitur!"
salīre –uisse subitō humum exīre: Ecce canis in eum *salit* catēnam rumpēns!
salūs –ūtis ***f*** <salvus, salvēns: "Sīve vēra sīve falsa est, valdē mē dēlectat fābula dē fēlīcī *salūte* Arīonis."
salūtāre dicere "salve!": "St! Dominus adest. *Salūtā* dominum!"
salūtem dīcere salūtāre: Diodōrus Iūliō *salūtem dīcit*.
salvāre salvum facere: Discipulī Chrīstī suscitāvērunt eum dīcentēs: "Domine, *salvā* nōs! Perīmus!"
salvē voc. <salūtāre: Servus dominum salūtat: "*Salvē*, domine!"
salvēre iubēre salūtāre: Tum Iūlius lautus et novā veste indūtus intrat et amīcōs *salvēre iubet*.
salvus –a –um servātus: Vidēns vērō ventum validum timuit, et incipiēns mergī clāmāvit dīcēns: "Domine! *Salvus* mē fac!"


saxum

sānāre sānum facere: Medicus est vir quī hominēs aegrōs *sānat.*
sānē certē: "Haec carō valdē mihi placet. Cocus iste *sānē* negōtium suum scit."
sanguis –inis ***m*** liquor ruber in corde et venīs: In corde est *sanguis.*
sānus –a –um ↔aeger –gra –grum: Homō quī ventrem malum habet cibum sūmere nōn potest, neque is *sānus*, sed aeger est.
sapere -iō –iisse sapiens esse: "Nūbere vīs Prīscō; nōn mīror, Paula, *sapīstī.*"
sapiēns –entis prūdēns et doctus: "Solō, vir *sapiēns* et iūstus, quī Athēniēnsibus lēgēs scrīpsit, nūllam poenam statuit in parricīdās."
satis neque nimis neque parum: "Sed nōnāgintā nōn *satis* est."
saxum –ī ***n*** materia dura, pars montis vel terrae: Puella misera ab humilī lītore in altum *saxum* ascendit.
scaena –ae ***f*** actus in fabulā: *Scaena* Prīma. Persōnae: Iūlia, Mārcus, Quīntus.

scaenicus –a –um <scaena, dē theatrō: "Ego lūdōs *scaenicōs* praeferō: mālō fābulās spectāre in theātrō."


scalpellum –ī *n* parvus culter medicī: "Medicus bracchium eius *scalpellō* suō acūtō secuit!"

scamnum –ī *n* sella: Masculīnum, ut hic magister, fēminīnum, ut haec Mūsa, neutrum, ut hoc *scamnum.*

scelestus –a –um <scelus, quī malum facit: "At profectō aliud est patrem suum necāre, longē aliud servum *scelestum* capite pūnīre, illud enim turpissimum scelus, hoc supplicium iūstum est."

scelus –eris *n* grave maleficium: "Quia nēmō Athēniēnsis umquam post hominum memoriam patrem suum occīderat, nec ille vir sapientissimus arbitrābātur quemquam posteā tam inhūmānum *scelus* factūrum esse."

scīlicet ut sciunt omnēs: "Vōs *scīlicet* epistulās fertis."



scindere –idisse –issum dividere in duās partēs: "At certē vestem *scindere* potuit: vidēsne pallium meum novum!"

scīre in cerebrō habēre: Magiser puerōs docit, nam is multās rēs *scit* quās puerī nesciunt.

scrībere –psisse –ptum ponere verba in charta, in cera, cet.: In lūdō puerī nōn modo legere, sed etiam *scrībere* discunt.

scūtum –ī *n* quod miles Romanus fert in manu sinistra ad se protegendum: *Scūtum* et gladius et pīlum sunt arma mīlitis Rōmānī.

sē (*dat* sibi) pronomen reflexivum: Iūlia *sē* vertit.

secāre –uisse –ctum cultrō dīvidere: Servus quī piscem *secābat* eī ānulum attulit 'quem in ventre piscis inventum esse' dīxit.

secundum *prp + acc* secus, sequēns prope: Mediā nocte in castra nūntiātum est 'magnum hostium numerum nāviculīs ratibusque cōpulātīs flūmen trānsiisse celeriterque *secundum* flūmen adversus castra nostra prōgredī.'

secundus –a –um numerus 'duo' in ōrdine: II est numerus *secundus.*

sed significat sententiam variam; est… nōn…: Syria nōn est in Eurōpā, *sed* in Asiā.


Iūlius epistulam scindit

sēdecim XVI: Titus: "Decem, ūndecim, duodecim, trēdecim, quattuordecim, quīndecim, *sēdecim*, septen-decim…"

sedēre sēdisse se ponere in sellā aut lectō: Māter apud eum *sedet* manumque eius tenet.

sella –ae *f* quā homo sedet: Magister intrāns Sextum sōlum in *sellā* sedentem videt.

semel 1x: "Iam tōtam sententiam rēctē scrībe *semel*!"



sēmen –inis *n* quod seritur: Agricola *sēmen* manū spargit.


semper omnī tempore: Portus Ōstiēnsis *semper* plēnus est hominum.

senex senis *m* vir annōrum plūs quam LX: "Iuvenēs sumus ut Paris, nōn *senēs* ut Nestor, dux Graecōrum *senex*, quī ad nōnāgēsimum annum vīxit."

sēnī –ae –a VI et VI…: In singulīs legiōnibus sunt *sēna* vel quīna vel quaterna mīlia mīlitum, quī omnēs cīvēs Rōmānī sunt.

sententia –ae *f* vocabula coniuncta: Cum vocābula coniunguntur, *sententiae* fīunt.

sentīre sēnsisse sēnsum sensum habēre: Puer digitum medicī in pede suō *sentit.*



septem VII: Ūnus, duo, trēs, quattuor, quīnque, sex, *septem,* octō, novem, decem.

septendecim XVII: Titus: "… trēdecim, quattuordecim, quīndecim, sēdecim, *septendecim*, duodēvīgintī, ūndēvīgintī, vīgintī …"

septentriōnēs –um *m* ↔ merīdiēs: Partēs caelī sunt quattuor: oriēns et occidēns, merīdiēs et *septentriōnēs.*

septimus –a –um VII: Annus in duodecim mēnsēs dīviditur, quibus haec sunt nōmina: Iānuārius, mēnsis prīmus; Februārius, secundus…Iūlius, *septimus.*

septingentī –ae –a DCC: Sextus: "…quadringentī, quīngentī, sescentī, *septingentī*, octingentī, nōngentī, mīlle."

sequī secūtum venīre post: Lydia Mēdum *sequitur.*

serēnus –a –um placidus –a –um: Hodiē caelum *serēnum* et ventus secundus est.

serere sēvisse satum ↔metere, semina spargere: Deinde agrī arantur et novum frūmentum *seritur.*

sērius –a –um ↔iocōsus: "At Catullus nōn tantum carmina *sēria*, sed etiam iocōsa scrīpsit."

sermō –ōnis *m* id quod dīcitur, verba: *Sermō* eōrum est dē rēbus futūrīs.

servāre salvum facere: Mēdus perterritus exclāmat: "Ō Neptūne! *Servā* mē!"


servīre servus esse: "Num Rōmae māvīs *servīre* quam līber esse in Graeciā?"



servitūs –ūtis *f* ↔lībertās (<servus): Multī nautae et mercātōrēs, mercibus ēreptīs nāvibusque submersīs, ā praedōnibus aut interficiēbantur aut in *servitūte* abdūcēbantur.

servus –ī m vir quī dominō servit: Mēdus est *servus* Iūliī.

sescentī –ae –a DC: Sextus: "…trecentī, quadringentī, quīngentī, *sescentī*, septingentī, octingentī, nōngentī, mīlle…"



sēsē sē: "Ānulum abiēcit, cum *sēsē* nimis fēlīcem esse cēnsēret."

sēstertius –ī *m* nummus: "Pretium huius ānulī est centum *sēstertiī.*"

seu sīve: "Nam etsī rāra est vēra amīcitia ac fidēs, nōn omnēs amīcī sunt falsī *seu* īnfīdī."

sevērus –a –um quī saepe punit: Diodōrus enim magister *sevērus* est.

sex VI, sextus numerus: In vocābulō īnsula *sex* litterae et trēs syllabae sunt.

sexāgintā LX (60): Ūnus annus duodecim mēnsēs vel trecentōs *sexāgintā* quīnque diēs habet.


sexiēs 6x: Tum magister eum V *sexiēs* scrībere iubet.

sextus –a –um VI: Annus in duodecim mēnsēs dīviditur, quibus haec sunt nōmina: Iānuārius, mēnsis prīmus; Februārius, secundus…Iūnius, *sextus.*


sī in casū ut...: *Sī* aeger est, in lūdum īre nōn potest.

sīc hōc modō: Discipulus quamque litteram cuiusque vocābulī *sīc* legit: "M-I mī, L-E-S les…"


siccus –a –um ↔ūmidus: "Solum nimis *siccum* est nec rigārī possunt agrī quod procul absunt ā rīvō."




servī et ancillae



















sīcut ut: Aurum est magnī pretiī *sīcut* gemmae.
signāre cērā claudere: Magister epistulam *signat* ānulum suum in cēram imprimēns.
significāre demonstrāre: Vocābulum prīmum utrīusque sententiae idem est, sed hoc idem vocābulum duās rēs variās *significat*.
significātiō –ōnis *f* <significāre, quī significātur: Pars ōrātiōnis quae adiecta verbō *significātiōnem* eius explānat atque implet.
signum –ī *n* quod epistulam alligat; quod aliquid significat: Dominus cēram aspiciēns *signum* magistrī cognōscit (est parva eius imāgō).
signum –ī *n* statua, imāgo: Marītus et uxor inter columnās et *signa* ambulant.
silentium –ī *n* ↔sermō, sine sonitū: Iūlia *silentium* parentum animadvertit, et "Quid silētis?" inquit.
silēre tacēre: Iūlius *silet*. Aemilia vērō, "Nōlī dīcere 'tatam' et 'mammam'!" inquit.
silva –ae *f* locus cum multis arboribus: Ovis nigra ovēs albās relinquit et rīvum petit. Aquam bibit ē rīvō, et in *silvā* intrat!
similis –e quī īdem esse vidētur, eiusdem generis: Aut laetitiam significāmus, ut euax! aut dolōrem, ut heu! aut admīrātiōnem, ut papae! aut metum, ut attat! et sī qua sunt *similia*.
simul ūnō tempore: Nāvēs multae *simul* ē portū Ōstiēnsī ēgrediuntur.
sīn sī autem: *Sīn* volābis in summō āere prope caelum, ignis sōlis cēram molliet atque pennās ūret.
sine ↔cum: "Iūlia puella pulchra est – cum rosīs et *sine* rosīs."
sinere sīvisse situm permittere, pati: Canis fremēns eum locō sē movēre nōn *sinit*.
singulāris –is m tantum unus: 'Fluvius' *singulāris*, sed 'fluviī' plūrālis est.
singulī –ae –a I et I...: In *singulīs* lectīs aut singulī aut bīnī aut ternī convīvae accubāre solent.
sinister –tra –trum ↔dexter: Bracchium dextrum est nūdum, bracchium *sinistrum* est togā operītur.
sinus –ūs *m* frons togae prope pectus: "Semper librōs Mārtiālis mēcum in *sinū* ferō."
sīquidem quoniam: Sī, etsī, *sīquidem*, quandō, nam, namque, etenim, quamobrem…
sitis –is *f* inopia aquae: "Id nōn negō, sed multō molestior est *sitis*."
situs –a –um situm est: Mare Hadriāticum suprā Italiam *situm* est.
sīve vel: Mare quod suprā Italiam situm est, 'mare Superum' *sīve* 'Hadriāticum' appellātur.
sīve…sīve sī ... vel sī: "*Sīve* īnfāns valet *sīve* aegrōtat, māter eum cūrāre dēbet!"
sōl –is *m* stella maxima in caelo quae terram lustrat: *Sōl* in caelō est suprā campum.
solēre –itum esse morem habēre: "Quīntus, quī ante mē surgere *solet*, adhūc dormit!"
sōlum *adv* tantum: Fīliī, quī iam nōn *sōlum* māla, sed etiam pira habent, laetī sunt.
solum –ī *n* humus, terra: Māter familiās vestīgia Mārcī in solō cōnspicit et "Sordidum est hoc *solum*!" inquit.
sōlus –a –um tantum unus, ↔aliis: Iūlius nōn *sōlus*, sed cum Aemiliā et cum magnā familiā in vīllā habitat.
solvere –visse solūtum ↔vincīre: "Nōlī eum *solvere*! Nec vērō opus est mē monēre dē cane, ego enim legere sciō."
solvere –visse solūtum dare pecūniam (____) quae dēbētur: "Cūr nōn *solvit* pecūniam quae magistrō dēbētur?"
somnus –ī *m* quiēs: Longus *somnus* īnfantī tam necessārius est quam ci bus.
sonus –ī *m* quī audītur: Vīlla quiēta est: nūllus *sonus* audītur ab ūllā parte.
sordēs –ium *f* ↔purus: Mārcus Dāvum sequitur in cubiculum, ubi cruōrem et *sordēs* ē faciē lavat.
sordidus –a –um limō, litō, vel sordibus densus: Aqua nōn est pūra, sed *sordida*.
soror –ōris *f* femina quae habet eosdem parentes ut altera: Iūlia *soror* eius est.
spargere –sisse –sum hūc illūc iacere: Agricola sēmen manū *spargit*.
speciēs –ēī *f* fōrma, genus: Potestās coniūnctiōnum quot *speciēs* habet?
spectāre aspicere: Medicus etiam dentēs Quīntī *spectat* et inter dentēs albōs ūnum nigrum videt.
spectātor –ōris *m* quī spectat: "Alter alterum in rēte implicāre cōnātur, nam quī rētī implicitus est nōn potest sē dēfendere et sine morā interficitur, nisi tam fortiter pugnāvit ut *spectātōrēs* eum vīvere velint."
speculum –ī *n* instrumentum quō se vidēre: Iūlia *speculum* sūmit et ante oculōs tenet.
spērāre rem bonam futūram esse putāre: "Omnēs id futūrum esse *spērāmus*."
spēs –eī *f* id quod spērātur: Iam vērō ea *spēs* omnis periit, nam flūctibus mersae sunt mercēs in quibus omnem spem posuerat.
spīrāre animam dūcere: Cum homo *spīrat*, anima in pulmōnēs intrat et rūrsus ex pulmōnibus exit.
spondēus –ī *m* duae syllabae longae: Pedēs frequentissimī sunt trochaeī, iambī, dactylī, *spondēī*.
stāre stetisse manēre in pedibus: Syra nōn sedet, sed apud lectum *stat*.
statim nunc!: Discipulus nōn *statim* intrat, sed prīmum iānuam pulsat.
statuere –uisse –ūtum designāre, instituere: "Certum praemium *statuere* oportet."
stēlla –ae *f* astrum: Nocte sōl nōn lūcet, sed lūna et *stēllae* lūcent.
sternere strāvisse strātum imponere super: Ante convīvium triclīnium flōribus exōrnātur et vestis pretiōsa super lectōs *sternitur*.
stilus –ī *m* quō discipulus in tabulam scribit: Dāvus Mārcō librum et tabulam et *stilum* et rēgulam affert.
stipendium –ī *n* mercēs mīlitis: pater fīlium ūnā cum Pūbliō Valeriō, adulēscente eiusdem aetātis, in Germāniam ad exercitum Rōmānum mīsit, ut apud ducem quendam ēgregium *stipendium* merēret.
strepitus –ūs *m* sonus magnus: At subitō silentium clāmōre et *strepitū* māximō rumpitur.
studēre diligenter discere: Voluntās fīliī patrī haud placēbat, cum ipse litterīs *studēret* neque ūllum aliud studium fīliō suō dignum esse arbitrārētur.
studiōsus –a –um cupidus discendī: "Ego quidem *studiōsus* sum volandī!"
studium –ī *n* < studēre, actum studiendī: Voluntās fīliī patrī haud placēbat, cum ipse litterīs studēret neque ūllum aliud *studium* fīliō suō dignum esse arbitrārētur.

stultus –a –um ↔prudens: Quī cerebrum parvum habet *stultus* est.
stupēre valdē mīrārī: Nautae *stupentēs* prōtinus maleficium suum cōnfessī sunt.
suādēre –sisse persuādēre cōnārī: Tum amīcus eius, rēx Aegyptī, tyrranō *suāsit*, ut iactūram faceret.
sub ***prp + abl*** ↔suprā: *Sub* arbore autem umbra est.
subīre sub + īre: "Tum vērō nova et mīra rēs accidit: delphīnus, cantū allectus, repente hominem natantem *subiit* eumqmue in dorsō suō sedentem vēxit."
subitō ***adv*** confestim: At *subitō* silentium clāmōre et strepitū māximō rumpitur.
subitus –a –um nōn exspectātus: Etiam avēs, tempestāte *subitā* territae, in hortō silent.
submergere mergere (sub aquam): Multī nautae et mercātōrēs, mercibus ēreptīs nāvibusque *submersīs*, ā praedōnibus aut interficiēbantur aut in servitūtem abdūcēbantur.
suburbānus –a –um sub urbe situs: Nam plūrimī Rōmānī sub urbe Rōmā habitāre volunt in vīllīs *suburbānīs*.
sum *I pers sing praes act ind* <esse
sūmere –mpsisse –mptum ↔pōnere: "*Sūme* sacculum tuum et discēde, bone serve!"
summus –a –um ↔ īnfimus, in locō supra: Sī volābis in *summō* āere prope caelum, ignis sōlis cēram molliet atque pennās ūret.
sumus *I pers pl praes act ind* <esse
sunt (<esse) existere, vivere, significāre '=': Rōma et Sparta oppida *sunt* (Rōma + Sparta = oppida)
super ↔sub: *Super* caput capillus est.
superbus –a –um quī aliōs contemnit: "At Caesar, vir *superbus*, cum id parum esse cēnsēret, quīnquāgintā talenta pīrātīs obtulit, simul vērō supplicium iīs minātus est!"
superesse ↔ de-esse: "Immō vērō nōn deest, at *superest* H littera!"
superior –ius ↔īnferior: "Vidēsne nōmen 'Sextī' litterīs plānīs in parte *superiōre* īnscrīptum?
superlātīvus –ī ***m*** adiectivum maximum aut minimum significans: 'Altissimus, longissimus, brevissimum' *superlātīvus* est.
superus –a –um ↔īnferus –a –um: Italia inter duo maria interest, quōrum alterum, quod suprā Italiam situm est, 'mare *Superum*' sīve 'Hadriāticum' appellātur.
supīnum –ī ***n*** nomen verbale defectum quod aliquis vult demonstrans: 'Salūtātum' *supīnum* vocātur.
supplicium –ī ***n*** poena sevērissima, poena capitis: "At profectō aliud est patrem suum necāre, longē aliud servum scelestum capite pūnīre, illud enim turpissimum scelus, hoc *supplicium* iūstum est.
suprā ***prp + acc*** ↔sub: Sōl in caelō est *suprā* campum.
surdus –a –um quī audīre nōn potest: "Quī medicus verbīs sōlīs potest facere ut hominēs caecī videant, *surdī* audiant, mūtī loquantur, claudī ambulent?"
surgere surrēxisse sē sumere: Mārcus ē lectō *surget.*
surripere –iō –uisse –reptum auferre, adimere: Mēdus 'sē pecūniam ē sacculō dominī *surripuisse'* cōnfitētur.
sūrsum ad caelum: "Movē ālās *sūrsum* deorsum hōc modō!"
suscitāre excitāre: "Audī igitur quod scrīptum est dē Iaīrō, prīncipe quōdam Iūdaeōrum, quī Iēsum rogāvit ut fīliam suam mortuam *suscitāret*."
suspicere sūrsum aspicere: Neque quisquam Daedalum animadvertit nisi aliquī pāstor, quī forte *suspiciēns* eōs vīdit.
sustinēre subesse et tenēre: Rāmus quī nīdum *sustinet* nōn crassus, sed tenuis est.
suus eius: Dāvus sacculum *suum* in mēnsā pōnit.
syllaba –ae f pars parva verbī sonita cum vocale: In vocābulō 'nōn' una *syllaba* est.
synōnymum –ī n vocābulum idem significāns: 'Dominus' et 'erus' *synōnyma* sunt.
tabella –ae ***f*** parva tabula: "Sed paulō post magister litterās meās laudāvit. Ecce *tabella* mea."
tabellārius –ī ***m*** vir quī epistulās fert: Extrā forēs stat *tabellārius* (sīc appellātur servus quī epistulās fert).
taberna –ae ***f*** locus ubi tabernarii res vendunt: Ecce *taberna* Rōmāna, in quā gemmae et margarītae multae sunt
tabernārius –ī ***m*** persona quae in taberna res vendit: Albīnus est *tabernārius* Rōmānus quī gemmās et margarītās vēndit.





TABERNA ROMANA


tabula –ae ***f*** quā discipulus scribit: Dāvus Mārcō librum et *tabulam* et stilum et rēgulam affert.


tabula -ae ***f***

tacēre nihil dīcere: Dāvus *tacet*, neque respondet.
tacitus –a –um tacēns: Discipulus *tacitus* ante magistrum sedet.
talentum –ī ***n*** XXIV mīlia sēstertium: "Vīgintī *talenta* postulāvērunt, id est prope quīngenta mīlia sēstertium."
tālis –e huius modī: "Pulchrē et rēctē scrībis, Sexte. Facile est *tālēs* litterās legere."
tam sic, ita: Via Latīna nōn *tam* longa est quam via Appia.
tamdiū tam longum tempus: Nē hoc fīat, legiōnēs Rōmānae hīc sunt ac *tamdiū* remanēbunt quamdiū hostis armātus seu citrā seu ultrā Dānuvium flūmen reliquus erit.
tamen ↔ itaque: Aemilia igitur virgō pauper erat, sed *tamen* Iūlius eam amābat.
tamquam sīcut: Multās rēs mīrābilēs iam cōnfēcī, ut hunc labyrinthum, vērum etiam signa quae sē ipsa movēre possunt *tamquam* hominēs vīvī.
tandem postrēmō (post longum tempus): *Tandem* surgit iānitor. "Quis forēs nostrās sīc pulsat?" inquit.
tangere tetigisse tāctum ponere manum aut digitos in rē: Māter manum pōnit in fronte fīliī: frontem eius *tangit*.
tantum tam multum: Nōlī ā mē postulāre ut *tantum* pecūniae statim solvam!"
tantum solum; sine aliīs: "Quid? Decem *tantum*?"
tantundem idem: Pars ōrātiōnis quae prō nōmine posita *tantundem* paene significat persōnamque interdum recipit.
tantus –a –um tam magnus: "*Tanta* gemma sōla octōgintā sēstertiīs cōnstat."










TEMPESTAS











tardus –a –um quī ad tempus nōn venit, ↔celer: Aemilia ātrium intrāns hospitēs salūtat et marītum suum *tardum* excūsat.

taurus –ī *m* bōs masculus: In īnsulā Crēta vīvēbat mōnstrum, nōmine Mīnōtaurus, cui caput *taurī*, corpus virī erat.

tē acc <tu: "Māter nōn *tē*, sed mē interrogat!"

tēctum –ī *n* quod tegit, summum villae: *Tēctum* peristylī columnīs sustinētur.

tēcum (<tū) cum tē: "Alterum mālum nunc ēs, alterum *tēcum* fer!"

temerārius –a –um nimis audax: "Sī altius volābimus, tōtum orbem terrārum spectābimus," inquit puer *temerārius*.

tempestās –ātis *f* magnus ventus quī mare turbat: *Tempestās* est magnus ventus quī mare t urbat.

templum –ī *n* domus deī: In urbe Rōmā multae domūs sunt et multa *templa* deōrum.

tempus –oris *n* hora aut tempestas: Saeculum est longum *tempus*.

tenebrae –ārum *f* ↔lūx, umbrae: "In *tenebrīs* legere nōn possum."

tenebricōsus –a –um obscūrus: "Quī nunc it per iter *tenebricōsum* illūc unde negant redīre quemquam."

tenēre –uisse habēre in manibus: Iūlia rosam ante nāsum *tenet*.

tenuis –e longus et levis, ↔ crassus: Rāmus quī nīdum sustinet nōn crassus, sed *tenuis* est.

ter 3x: Mārcus *ter* rēctē et bis prāvē scrībit.

tergēre –sisse –sum delēre manibus: *Terge* oculōs! Es laeta!

tergum –ī *n* posterior pars corporis, sub collō: Diodōrus *tergum* puerī virgā verberat.

ternī –ae –a III et III...: In singulīs lectīs aut singulī aut bīnī aut *ternī* convīvae accubāre solent.

terra –ae *f* id quod sub pedes nostros est: Montēs et vallēs, campī silvaeque sunt in *terrā*.

terrēre timentem facere: "Neque haec imāgō neque canis vērus mē *terret*!" inquit Tlēpolemus.

terribilis –e < terrēre: In īnsulā Crētā ōlim vīvēbat mōnstrum *terribile*, nōmine Mīnōtaurus.

tertius –a -um numerus 'tres' in ōrdine: III numerus *tertius* est.

testis –is *m/f* quī adest et videt: "Ecce duo versūs dē fātō virī pauperis, et quattuor in Gelliam, quae cōram *testibus* lacrimās effundit super patrem mortuum."

theātrum –ī *n* quō fabulae spectantur: "Ego lūdōs scaenicōs praeferō: mālō fābulās spectāre in *theātrīs*."

tibi *dat* <tu: "*Tibi* nec caput nec pēs dolet!"

tībīcen –inis *m* quī tībias canit: Et veniēns Iēsūs in domum prīncipis, vidēns *tībīcinēs* et turbam tumultuantem, dīcēbat, "Discēdite!"

timēre timidus esse: Mēdus nōn est apud dominum, nam is dominum īrātum *timet*.

timidus –a –um quī timet: "Nōlī putāre mē puerum *timidum* esse!"

timor –ōris *m* < timet: Parvus ovis sine *timore* inter arbōres errat.

titulus –ī m verba quae librum aut capitulum nominant: <u>Lingua Latina per se Illustrata</u> est *titulus* librī tuī.

toga –ae *f* vestimentum civium: *Toga* est vestīmentum album, quod virī et puerī Rōmānī gerunt.

togātus –a –um togam gerēns: Utrum bracchium virō *togātō* nūdum est?

tollere sustulisse sublātum sursum ponere: Quisque puer manum *tollit*, prīmum Sextus, tum Titus, postrēmō Mārcus.

tonitrus –ūs *m* quod audītur post fulgur: Simul cum illīs nūbibus ātrīs tempestās orīrī solet cum *tonitribus* et fulguribus.

tot tam multī –ae –a: Oportet dīcere numerōs ā centum ad mīlle? Longum est *tot* numerōs dīcere!

totiēs tam multī: Mārcus, quī eandem litteram *totiēs* scrībere nōn vult, V V V V scrībit.

tōtus –a –um ↔pars: *Tōta* lūna sōle nōn illūstrātur.

trādere dare (dē manū in manum): Crās Dāvus epistulam meam feret, quae ā Mārcō ipsō *trādētur* magistrō.

trahere trāxisse tractum rem gravem tractare : "An fābulam dē puerō quī cupīvit regere equōs quī currum Sōlis per caelum *trahunt*?"

tranquillitās –ātis *f* ↔tempestās: Tunc surgēns imperāvit ventīs et marī, et facta est *tranquillitās* magna.

tranquilllus –a –um quiētus: Sī āēr *tranquillus* est, necesse est ventum opperīrī.

trāns *prp + acc* ab uno latere ad alterum latus: Quis est tam līber quam avis quae *trāns* montēs volāre potest.

trānsferre ferre trāns: Sed frūstrā haec optō, cum nēmō nisi deus ita subitō in alium locum *trānsferrī* possit.

trānsīre īre trāns: Nisi nōs hīc essēmus fīnēsque imperiī dēfenderēmus, hostēs celeriter Dānuvium et Alpēs *trānsīrent* atque ūsque in Italiam pervenīrent, nec vōs in Latiō tūtī essētis.

trecentī CCC (300): Ūnus annus duodecim mēnsēs vel *trecentī* sexāgintā quīnque diēs habet.

trēdecim XIII: Titus: "Decem, ūndecim, duodecim, *trēdecim*, quattuordecim…"

tremere –uisse quatere, trepidāre: Iānitor eum *tremere* animadvertit iterumque dērīdet.

trēs tria III, tertius numerus: *Trēs* quoque numerus est.

tria n pl III, tertius numerus (<trēs): Sparta, Delphī Tūsculumque *tria* oppida sunt.

trīcēsimus –a –um XXX (30.): "Labōrā ut pecūniam omnem solvās intrā *trīcēsimum* diem!"

triclīnium –ī *n* locus ubi cibus editur: "Necesse est paulisper famem et sitim ferre, dum cibus coquitur et *triclīnium* exōrnātur."

trīgintā XXX (30): November *trīgintā* diēs longus est.

trīnī –ae –a III (numerus distributīvus): Quaeris ā mē cūr tibi ūnās tantum litterās scrīpserim, cum interim *trīnās* quaternāsve litterās ā tē accēperim.

trīstis –e ↔laetus: *Trīstis* est Aemilia.

trīstitia –ae *f* < trīstis, sensus tristis: "Nec quisquam nostrum *trīstitiā* tuā afficitur."

trochaeus –ī *m* syllaba longa et syllaba brevis: Pedēs frequentissimī sunt *trochaeī*, iambī, dactylī, spondēī.

tū tē tibi II pers. sing. pronomen personale: "Cūr *tū* sōlus es, Sexte?"


toga -ae *f*
vir togātus

tuērī tūtum tūtum facere, cūstōdīre: Ex eō tempore rārō fit ut nāvis praedōnum in marī Internō appāreat, nam classēs Rōmānae, quae cūncta maria percurrunt, nāvēs mercātōriās atque ōram maritimam dīligenter *tuentur*.

tum deinde: Titus iānuam pulsat, *tum* lūdum intrat et magistrum salūtat.

tumultuārī tumultum facere: Et veniēns Iēsūs in domum prīncipis, vidēns tībīcinēs et turbam *tumultuantem*, dīcēbat, "Discēdite!"

tumultus –ūs *m* clāmor et strepitus: "Quidnam tantus ille *tumultus* significāvit?"

tunc illō tempore: *Tunc* September mēnsis septimus erat.

tunica –ae *f* vestimentum sub togam: Dāvus puerō frīgentī *tunicam* et togam dat.

turba –ae *f* multitūdō hominum: Posteā Chrīstus ipse plānē dēmōnstrāvit sē esse fīlium Deī, nam discipulōs docēbat, quōrum magna *turba* eum sequēbātur, aegrōs sānābat…"

turbāre turbidum facere: Tempestās est magnus ventus quī mare *turbat*.

turbidus –a –um ↔ tranquillus –a –um: Cum magnus ventus flat, mare *turbidum* est.

turgidus/-ulus –a –um tumidus, gravidus: "Quī, cum Quīntus herī dē altā arbore cecidisset, pedem eius *turgidum* vix tetigit, sed misellō puerō sanguinem mīsit!"

turpis –e foedus: "Litterās tuās *turpēs* legere nōn possum."

tūtus –a –um sine perīculō: Mēdus dīcit, "Sed hīc *tūtī* sumus ā praedōnibus."

tuus –a –um adiectīvum significāns possessiōnem (<tū): Davus servus *tuus* est, nōn meus.

tyrannus –ī *m* rēx sevērissimus: "Nisi forte tam fēlīx eris quam Polycratēs, *tyrranus* Samius!"

ubi? quō locō?: *Ubi* est Rōma? Rōma in Italiā est.


pēs turgidus

ubīque omnī locō: Neque tamen classis Rōmāna omnēs nautās quī *ubīque* nāvigant tuērī potest.

ūllus –a –um unus, nonnullus: Neque *ūlla* dea pēior uxor est quam Venus.

ulterior –ius comp.<ultrā; *sup* ultimus: Cum ad rīpam flūminis fugientēs pervēnissent, aliī nāviculīs ratibusque sē servāvērunt, et aliī armīs abiectīs in flūmen sē prōiēcērunt, ut natandō ad rīpam *ulteriōrem* pervenīrent.

ultimus –a –um postrēmus: "Hīs versibus *ultimīs* poēta vēram ratiōnem dolōris suī reddit."

ultrā *prp + acc* ↔citrā: Rōmānae hīc sunt ac tamdiū remanēbunt quamdiū hostis armātus seu citrā seu *ultrā* Dānuvium flūmen reliquus erit.

ululāre dīcere "uhū" ut lupus: Lupus *ululat.* Canis lātrat. Ovis bālat.


tunica -ae *f*

umbra –ae *f* ↔sōl: Sub arbore autem *umbra* est.

umerus –ī *m* pars corporis cui bracchium adiungitur: Syrus et Leander duōs saccōs in *umerīs* portant.

ūmidus –a –um aquā tinctus: Sī in hortō manēbimus, *ūmidae* erimus.

umquam ullō tempore: "Nēmō magister pēiōrem discipulum *umquam* docuit. Valē."

ūnā cum simul cum: Tum vērō Syra, quae eō ipsō tempore peristylum intrat *ūnā cum* Iūliā, dominae in ōstiō occurrit.

unde? ↔quō? (ab ubi?): *Unde* venit Iūlius?

ūndēcentum IC (99): Pāstor nōn sōlus est, nam canis niger cum eō est et centum ovēs: ūna ovis nigra et *ūndēcentum* ovēs albae.


umerus


ūndecim XI (11): Februārius brevior est quam cēterī *ūndecim* mēnsēs.

ūndecimus –a –um XI: Annus in duodecim mēnsēs dīviditur, quibus haec sunt nōmina: Iānuārius, mēnsis prīmus; Februārius, secundus…November, *ūndecimus.*

ūndēvīgintī XIX: Titus: "…quīndecim, sēdecim, septendecim, duodēvīgintī, *ūndēvīgintī*, vīgintī, vīgintī ūnus, vīgintī duo…"

ūnī –ae –a I (numerus distributīvus): Quaeris ā mē cūr tibi *ūnās* tantum litterās scrīpserim, cum interim trīnās quaternāsve litterās ā tē accēperim.


umbra

ūniversus –a –um tōtus: Ex *ūniversō* Iūdaeā hominēs aegrī, quī fāmam dē factīs eius mīrābilibus audīverant, ad eum conveniēbant.

ūnus –a –um I, prīmus numerus: *Ūnus* et II numerī sunt.

urbānus –a –um <urbs,quī in urbe est: Itaque Iūlius, cum prīmum cōnfecta sunt negōtia *urbāna*, in praedium suum suburbānum proficīscitur.

urbs –bis *f* magnum oppidum: Eō tempore multī Rōmānī *urbem* relinquunt et vīllās suās petunt.

ūrere ussisse ustum igne cōnsūmere: "Sī volābis in summō āere prope caelum, ignis sōlis cēram molliet atque pennās *ūret*."

ūsque prorsus ad: "Dīc numerōs ā decem *ūsque* ad centum!"

ut sic, similis + *dat*: Oculī lupī in umbrā lūcent *ut* gemmae.

uter –tra –trum pronomen quod significat solum duas optiones: *Uter* puer aegrōtat, Mārcusne an Quīntus?

uterque utra- utrum- unus et alter: Deinde pater eī in *utramque* manum mālum dat.

ūtī ūsum esse + *abl* sumere prō causā: Quī serit nūllō īnstrūmentō *ūtitur* praeter manum.

utinam optō ut…: "*Utinam* aliquandō līber patriam videam!"

utrum…an -ne…an: "Quid pallēs? *Utrum* aegrōtās *an* territus es?"


ūva -ae *f*
vītis -is *f*

ūva –ae *f* frūgēs vīneārum: Frūgēs vīneārum sunt *ūvae*, quae mēnse Septembrī mātūrae sunt.

uxor –ōris *f* quae viro coniungitur: Iūlius cum *uxōre* suā in peristylō ambulat.

vacuus –a –um nihil continens: Sacculus Dāvī *vacuus* est.


vāgīre 'va' facere, plorāre (ut īnfāns): Īnfāns quī ciō caret magnā vōce *vāgit*.

valdē <validē, fortiter, magnopere, admodum: "Quam ob rem Mārcus sīc clāmat ac forem tam *valdē* percutit?"

valē –ēte quod dicit qui discedit: Fīlius ā patre discēdēns "*Valē*, pater!" inquit.


valēre ↔aegrōtāre: Quīntus *aegrōtat*, Mārcus valet.

valētūdō –inis *f* < valēre, habitus valendī: Sed quamquam tardē advēnit, grātissima mihi fuit tua epistula magnōque cum gaudiō ex eā cognōvī tē et Iūlium et līberōs vestrōs, quōs valdē dīligō, bonā *valētūdine* fruī.
validus –a –um fortis: Sōlus Sextum vincere nōn possum, nam is multō māior ac *validior* est quam ego.
vallis –is *f* ↔mōns montis *m*: Inter montēs sunt *vallēs*.
vāllum –ī *n* murus ad castra defendenda munītus: Circum castra fossa et *vāllum* longum et altum est.




fossa -ae *f*

varius –a –um ↔ īdem: Vocābulum prīmum utrīusque sententiae idem est, sed hoc idem vocābulum duās rēs *variās* significat.
vās –is *n*, *pl* –a –ōrum quō aqua vel vīnum continētur: Rosae et līlia et alia multa flōrum genera in mēnsā sparsa sunt inter *vāsa* et pōcula argentea.
-ve vel: Ager quī multum frūmentī aliās*ve* frūgēs ferre potest fertilis esse dīcitur.
vehere vēxisse vectum portāre: Quattuor servī dominum et duōs saccōs ab oppidō ad vīllam *vehunt*.
vel aut (duae optiones aequae sunt): Centum annī *vel* saeculum est longum tempus.
velle voluisse cupidinem habēre: Aemilia puerum dormīre *velle* putat.
velle voluisse cupidinem/voluntatem habēre: Iūlia pilam tenet et cum puerīs pilā lūdere *vult*.
velle voluisse desiderāre: "Vōs virī fīliōs modo habēre *vultis*, fīliās nōn amātis!"
vēlōx –ōcis celer: "Vidēsne nāvem illam *vēlōcem* quae ā septentriōnibus nōbīs appropinquat?"
vēlum –ī *n* textum quod navem agit: *Vēlum* ventō implentur ac nāvēs plēnīs vēlis per mare vehuntur.



velut tamquam, sicut: Eō vēnērunt rēgēs, quī stēllam eius vīderant in oriente, et invēnērunt puerum cum Marīā, mātre eius, et adōrāvērunt eum *velut* deum.
vēna –ae *f* fistulae in quibus sanguis fluit: In corde est sanguis, quī per *vēnam* ad cor fluit.
vēndere vendidisse venditum pro pecunia dare: Aliī tabernāriī librōs *vendunt*, aliī māla et pira, aliī rosās et līlia.
venīre vēnisse īre ad persōnam: Aemilia *venit*.
venter –tris *m* pars corporis in quā cibus est: In *ventre* cibus est.
ventus –ī *m* āēr quī movētur: *Ventus* est āēr quī movētur.
venustus –a –um bellus, amandus: "Lūgēte, ō Venerēs Cupīdinēsque et quantum est hominum *venustiōrum*!"
vēr –is *n* tempus annī ubi flores crescant: Tempora annī sunt quattuor: aestās et hiems, *vēr* et autumnus.
verbera –um *n pl* quae dantur verberante: "Ergō *verbera* magistrī nōn satis fuērunt!" inquit Iūlius.
verberāre pulsat et pulsat: Māter fīlium *verberat*: tuxtax, tuxtax…
verbum –ī *n* vocābulum: Mēdus nūllum *verbum* respondet.
verērī timēre: Mēdus laetātur neque iam dominum suum sevērum *verētur*.
vērō sed: Nāvis paulō levior fit, simul *vērō* tempestās multō turbidior fiunt.
versārī hūc et illūc movērī, errāre: Neptūnus, Iuppiter, Plūtō, mundum ūniversum ita inter sē dīvīsērunt, ut Plūtō rēgnāret apud Īnferōs, ubi animae mortuōrum velut umbrae *versārī* dīcuntur.
versiculus –ī *n* versus (parvus): " *Versiculōs* in mē nārrātur scrībere Cinna."
versus –ūs *m* una linea verborum: Cap. XII 142 *versūs* habet.



Iulius Marcum verberat


vertere –tisse –sum circum sē movēre: Iūlia sē *vertit*.
vērum –ī *n* ↔rēs falsa: "Nōnne *vērum* dīcimus, magister?"
vērum sed: Tum rēx īrātus cēpit Daedalum in labyrinthum inclūdī iussit ūnā cum eius Īcarō fīliō; *vērum* pater et fīlius mīrābilī modō ē labyrinthō fūgērunt.
vērus –a –um id quod vērum est, ↔falsus –a –um: "Id quod dīcis *vērum* nōn est."
vesper –erī *m* ↔ māne *n*: Pars postrēma diēī est *vesper*.
vester –tra –trum tuus et tuus: "Māter *vester* trīstis est."
vestīgium –ī *n* figura pede in terra relicta: In terrā inter arborēs sunt *vestīgia* lupī.


vestīgium

vestīmentum –ī *n* quo homo vestit: Mārcus *vestīmenta* sua ā servō poscit: "Vestī mē!"
vestīre vestimenta induere: Dāvus puerō frīgentī tunicam et togam dat, neque eum *vestit*.
vestis –is *f* vestīmenta: Cūr *vestis* Mārcī ūmida est?
vetāre –uisse –itum ↔permittere: "Servum aliēnum necāre nōn licet, ut scrīptum est in lēgibus, nec vērō ūlla lēx dominum *vetat* servum suum improbum interficere."
vetus –eris antīquus: "Opus nōn est *vetus* exemplum Graecum afferre, cum complūrēs fābulae nārrentur dē Rōmānīs puerīs quī ita servātī sunt."

vīlla







via –ae *f* cursus currendo inter oppida: In Italiā multae et magnae *viae* sunt.
victor –ōris *m* quī vīcit: Pompēium *victōrem* populus Rōmānus summīs laudibus affēcit.
victōria –ae *f* <vincere, bona fortuna in pugnā: Hāc *victōriā* omnēs gentēs līberātae sunt.
vidēre vīdisse vīsum oculīs notāre: Quīntus Mārcum *videt*.
vidērī apparēre esse: "Certē Mēlos īnsula nōn tam parva est quam tibi *vidētur*."
vigilāre ↔dormīre: Alter puer dormit, alter *vigilat*.
vigilia –ae *f* tempus ad spectandum: Quārtā autem *vigilia* noctis vēnit ad eōs Iēsūs ambulāns super mare.
vīgintī XX: "In hōc ōrnāmentō *vīgintī* margarītae magnae sunt."
vīlis –e ↔cārus: Rōmae igitur ex summā inopiā repente māxima frūmentī cōpia facta est ac pānis tam *vīlis* fuit quam anteā fuerat.
vīlla –ae *f* domus rustica: Ecce *vīlla* et hortus Iūliī.
vincere vīcisse victum superāre: Sōlus Sextum *vincere* nōn possum, nam is multō māior est quam ego.
vincīre vīnxisse vīnctum tenēre catēnīs: Iānitor, postquam canem *vincitur*, "Nōn ego" inquit, "sed hic canis tē forās pepulit."
vīnea –ae *f* agrī in quibus vītēs crēscunt: Iī agrī in quibus vītēs crēscunt *vīneae* dīcuntur.
vīnum –ī *n* potio ex ūvīs effecta: Ex ūvīs mātūrīs *vīnum* efficitur.

vir	homo, ↔fēmina: Iūlius *vir* Rōmānus est.
vīrēs –ium *f*	<vīs, potestās: Etsī nautae omnibus *vīribus* rēmigant, tamen illa nāvis, ventō secundō adiuvante, magis magisque appropinquat.
virga –ae *f*	baculum: Diodōrus enim discipulōs suōs *virgā* verberat.
virgō –inis *f*	fēmina quae marītum nōndum habet: Aemilia mātrōna nōn erat, sed *virgō* septendecim annōrum.
virtūs –ūtis *f*	< vir; (mīlitis) v. = animus fortis: *Virtūs* eius ēgregia ab omnibus laudātur.
vīs vim vī *f*	potestās: Tanta enim erat *vīs* et audācia eōrum, ut *vim* Rōmānōrum contemnentēs etiam portūs Italiae oppugnārent.
vīs	2nd sg <velle: "Cūr tū fīlium habēre *vīs*, Iūlī?"
viscera –um *n*	partes internae corporis, ut cor, iecur, et venter: Cor, pulmōnēs, iecur, venter sunt *viscera* hūmāna.
vīsere –sisse	vīsum īre: "Nōnnumquam tē *vīsere* voluī, nec prius urbem relinquere potuī prae multīs et magnīs negōtiīs meīs."
vīta –ae *f*	<vīvere, ↔mors: Mercātōrēs mercēs suās magnī aestimant, *vītae* nautārum parvī aestimant!
vītāre	nōn adīre, effugere: Multae nāvēs quae Scyllam iam *vītāverant*, deinde in Charybdim mersae sunt.
vītis –is *f*	planta quae uvas fert: Agrī Iūliī, quī sub monte Albānō sitī sunt, nōn sōlum frūmentum, sed etiam *vītis* ferunt.
vīvere vīxisse	Vivus esse: piscēs in aquā *vīvunt*, neque in terrā *vīvere* possunt.
vīvus –a –um	quī vīvit, ↔ mortuus: Quī spīrat *vīvus* est.
vix	prope nōn: Hominēs quī in portū sunt *vix* oculīs cernī possunt.
vocabulum –ī n	verbum: Fluvius et oppidum *vocabula* Latīna sunt.
vōcālis –is *f*	litterae *a, e, i, o, v*, et *y*: Litterae sunt aut *vōcālēs* aut cōnsonantēs.
vocāre	clamāre, nomināre: Iūlia plōrat et Aemiliam *vocat*: "Mamma!"
vocātīvus –ī *m*	casus personae cui dicis: 'Dāve' *vocātīvus* est.
volāre	īre per āerem movendīs alīs: Avēs in āere *volat*.
volumus	1st pl <velle: "Nōs virī nōn fīliōs tantum, sed etiam fīliās habēre *volumus*."
voluntās –ātis *f*	<velle, cupīdō: "Pater noster quī es in caelīs! Fīat *voluntās* tua! Sed līberā nōs ā malō!"
vorāgō –inis *f*	locus quō nāvēs flūctibus vorantur, aqua quae vertitur: "Multa alia perīcula nōbīs impendent, ut saxa quibus nāvēs franguntur, et *vorāgō* in quās nāvēs merguntur.
vorāre	tōtum ēsse: Adulēscentēs in labyrinthō ā mōnstrō illō saevō *vorābantur*.
vōs vōbīs	II pers. pl. pronomen personale: *Vōs* iānuam nōn pulsātis cum ad lūdum venītis.
vōx vōcis *f*	Sonus alicuius dicentis aut canentis: "Audī: Iūlia *vōcem* pulchram habet."
vulnerāre	<vulnus –eris *n*, vulnus facere: Ipse sagittā in bracchiō laevō *vulnerātus* sum.
vulnus –eris *n*	pars corporis quae vulnerātur: Ipse sagittā in bracchiō laevō vulnerātus sum, sed *vulnus* meum leve est, multī graviōra *vulnera* accēpērunt.
vultis	2nd pl <velle: "Vōs virī fīliōs modo habēre *vultis*, fīliās nōn amātis!"
vultus –ūs *m*	faciēs: *Vultus* Marcī ad nōmen magistrī colōrem mūtāvit.
zephyrus –ī *m*	ventus quī ab occidente flat, favonius: *Zephyrus* est nōmen ventī quī ab occidente flat.





viscera hūmāna



Iulius Medum vōcat